DE

POLYBI ELOCUTIONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ERLANGENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS GOETZELER

EDELSTETTENENSIS.

WIRCEBURGI

TYPIS ET SUMPTIBUS STAHELIANIS

MDCCCLXXXVII.

Priusquam a dissertatione mea Polybiana exordium sumpturus sum, placet hoc loco libros afferre, quos habui adiutores.

Sunt autem potissimum appellandi:

Joannes Schweighaeuserus, Polybi historiarum editor (Lips. 1789—1795);

Fridericus Hultschius, earundem editor (IV voll. Berol. 1867—1872);

B. — Wobstius, qui editionem a Ludovico Dindorfio curatam retractavit (Lips. 1882);

Henrici Stephani thesaurus linguae Graecae (VIII voll. Lutet. Paris. 1831—1865);

J. Schweighaeuseri lexicon Polybianum (Oxon. 1822; Nachdruck).

F. Asti lexicon Platonicum (III voll. Lips. 1835—1838);

Hermanni Bonitzi index Aristotelicus; mult. al.;

R. Kuehnerus: Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache (ed. II. Hannov. 1869—1870);

Bernhardyus: Grundriss der griechischen Literatur (ed. III. Hal. Sax. 1865 ss.);

Paulus La-Rochius: Charakteristik des Polybius (Lips. 1857);

Markhauserus: Polybius, seine Weltanschauung und Staatslehre (Monach. 1858);

Hultschi quaestiones Polybianae (Zwicaviae 1859);

Eberhardi observationes Polybianae (Berol. 1862);

Luettgius: De Polybii elocutione (progr. gymn. Nordhaus. 1863);

Joannes Stichius: De Polybii dicendi genere (in Act. Sem. Philol. Erlang. II. p. 141—211);

Friderici Kaelkeri dissertatio inauguralis: Quaestiones de elocutione Polybiana (Lips. 1880);
Gust. Mollenhaueri dissertatio inauguralis: De verbis cum praepositionibus compositis Polybianis (Hal. Sax. 1881);
Franciscus Krebsius: Die praepositionsartigen Adverbia (progr. gymn. Reg. Castr. 1882);
idem: Die Praepositionsadverbien in der späteren historischen Graecität (II partt. Monach. 1884—1885);
C. Praechteri dissertatio inauguralis: De Cebetis tabula (Marburgi 1885);
Caroli Wundereri dissertatio inauguralis: Coniecturae Polybianae (Erlang. 1885);
Rud. Hirzelius: Untersuchungen zu Ciceros philosophischen Schriften tom. II. Excurs. VII.;
Studd. Vindobon. 1879 tom. I. p. 32—58;
Fleckeiseni annal. tom. 129, XVII;
Bursian. Jahresber. vol. 38 p. 227—250;
Corpus inscriptionum Graecarum (et Atticarum).

Polybianas ad quaestiones incumbere ut animum inducerem, cum scholis a Woelfflino, magistro doctissimo, in seminario philologico Monacensi habitis tum ingenio Polybi ipso sum commotus.

Cum enim ex Alexandri temporibus rerum scriptores plurimi et rerum materia copiaque uberrima et credulitate quadam occaecati veri iudicii severitate caruissent et in veritatis superlatione ac traiectione mirisque rebus describendis delectati essent et, ut res ex una eademque ratione aestimarent, tantum afuisset, ut contra declamationem quandam et verborum inanem sonitum salemque haudquaquam urbanum a rhetoribus petitum adamavissent, Polybius, quem omnium illius aetatis principem fuisse rerum scriptorum forsitan haud iniuria opinemur, cum per tot annos ingens illud Romanorum imperium atque rem publicam cognovisset et, quae ei erat familiaritas cum Romanorum nobilissimis, eorum rem militarem satis perspexisset, omne studium omnemque virium contentionem contulit ad historiarum Romanarum conscribendos quadraginta libros, quos iure ac merito[1] πραγματείαν[2] nuncupavit.

Quanta autem in rebus et diiudicandis et explicandis ratione πραγματείαν illam composuerit et quanta arte res ordinaverit quantoque omnibus post suam aetatem praestiterit rerum scriptoribus, ne paucis quidem exponere mihi proposui.

Sed de elocutione eius ne scriberem, praesertim cum princeps esset Polybius eorum scriptorum, quos grammatici dicunt κοινούς[3]), a me minime impetravi.

---

1) Cf. Leop. Schmidtium: Die Ethik der alten Griechen vol. I. p. 35.

2) Cf. Hirzelium: Untersuchungen zu Ciceros philosoph. Schriften p. 841 ss.; 889 ss.; 898 ss.; 903.

3) Cf. B. Wobstium Fleckeiseni annal. t. 129 p. 121 s.

Ex quo enim scriptores declinationes verborum atque compositiones neglegere et particularum vim pristinam infringere coeperant, in formandis vocabulis novis tempus consumebant et copiam verborum compositis vocabulis augere studebant.

At istis Graecorum scriptoribus longe excellebat Polybius omnibus, sive ingenii eius acumen sive stilum[1]) spectamus.

Nam vocabula vel formare vel invenire vel primus litteris mandare[2]) plus sexcenta octoginta[3]) ut satis habuerit[4]), tantum abest, ut, qua erat diligentia et subtilitate

[1]) Cf. Jac. Bernaysium „Edward Gibbons Geschichtswerk" (Gesammelte Abhandlung ed. Usener. vol. II. p. 246): „Polybius und Guicciardini sind stilistisch nicht gefeilt".

[2]) Eberhardius observatt. Polyb. p. 14 a recta via aberrare mihi videtur, cum dicat illorum vocabulorum maximam partem haud dubie diu fuisse in ore hominum, etsi concedendum esse puto, ut nonnulla e vulgari sermoni excepta sint.

[3]) Vocabula militaria, quae commilito quidam tractare in animo habet, ubicunque fieri potuit, omisi.

[4]) Per totam hanc dissertationem omnes et Graecas et Atticas, quae huc spectant, inscriptiones respexi, (cf. Schenk(e)lium, Bursian. Jahresber. vol. 38 p. 233 extr.), ut, quae et Polybi elocutionis propria essent neque ante illius aetatem aut paulo post in inscriptionibus legerentur, explicarem. Occasione data etiam exponam, quae Polybi elocutioni communia sint cum inscriptionibus (cf. Studd. Vindobon. 1879 p. 57 s. et p. 32 ss. et hui. dissert. p. 37 s.). Quam ad rem illustrandam exempla afferre in praesens satis habeo.

Verbum διαγωνιάω non invenimus nisi in inscriptionibus et ap. Pol.; cf. C. I. G. 2056; Pol. 3, 102, 10.*) 105, 5; 4, 10, 3; 10, 38, 10; 11, 32, 5; item 2 Macc. 3, 21 (contra cf. Mollenhauer. dissert. de verbis cum praeposit. compos. Polyb. p. 33 et adn. 4).

Item multa vocabula, quae primum legi in Polybi libris credas, etiam in inscriptionibus ante illius aetatem occurrunt.

Sunt autem haec potissimum:

γερουσιαστής C. I. G. 1755; Pol. 7, 9, 1. 4;

διεξαγωγή C. I. G. 2334 b; 2556; 3537; C. I. A. 628; 2050; Pol. 4, 26, 3; 5, 102, 3. 103, 3; mult. al.;

δικαιοδοσία C. I. G. 2147; Pol. 4, 16, 4; 23, 1, 2. 12; persaep.;

ἐξαποστολή C. I. G. 2334 b; Pol. 1, 41, 3; 4, 10, 5; saep.;

ἱστοριογράφος C. I. G. 2905; Pol. 2, 62, 2; 12, 28, 5; saep.;

παρώρεια C. I. G. 2058; Pol. 2, 14, 6 et persaep.;

συμπεριφορά C. I. G. 2335; Pol. 1, 72, 2; 5, 26, 15; saep.;

σωματοφύλαξ C. I. G. 2139 b; C. I. A. 267; Pol. 8, 22, 8; 15, 27, 6; saep.;

εὐχαριστήριος C. I. G. 2054; Pol. 5, 14, 8.

ἀφορολόγητος C. I. A. 466; Pol. 4, 25, 7. 84, 5; 15, 24, 2; saep.;

*) Significant numeri secundum Hultschi editionem Polyb. libros et capita.

in verbis eligendis, ut et res planius declararet[1]) et orationem suam luminibus adornaret, non solum, ne oratorum[2]) et historicorum mentionem faciamus, e poetarum sermone ad centum vocabula adoptaverit, sed etiam e philosophorum libris plus ducenta decem verba deprompserit.

Quam multa autem Polybius, doctissimus rerum scriptor, et e poetarum et e philosophorum sermone memoria comprehenderit, ut perspicias, confer hos fere locos ab Hultschio in indice edit. Polyb. allatos sub voce Homerus, Hesiodus, Stasinus, Epicharmus, Pindarus, Euripides, Philoxenus, Timotheus Milesius, (Eratosthenes), Botrys, Philaenis; Heraclitus Ephesius, (Xenophon Atheniensis), Plato, Aristoteles, Theophrastus, Strato, Dicaearchus Messanensis Peripateticus, Arcesilaus, Carneades, Academia, Academici philosophi.

At omnia haec vocabula, quae Polybius et a poetis et a philosophis petiit et nova adscivit, etsi digna sunt, quae seorsum considerentur, tamen singillatim nunc enumerare ideo longum est, quod oratio festinat ad praecipuas dissertationis nostrae partes tres, dico Latinismos, qui vocantur, et eas, quae pertinent ad syntaxim, observationes vocabulaque apud Polybium unum exstantia.

Tametsi priusquam has aggredimur, hoc loco illorum vocabulorum afferre placebit aliquot exempla, postquam pauca fecerimus verba de exemplis, ut Polybium verba quaedam e philosophorum sermone adoptavisse demonstraret, a Stichio[3]) adhibitis.

Qua in re vir doctus mirum in modum incidit in mentionem eorum vocabulorum, quae Polybius adhibuit primus.

κηδεμονικός C. I. A. 470; Pol. 4, 25, 7; 6, 8, 3; saep.;
πραγματικός C. I. G. 2139 b; 4860; Pol. 1, 2, 8. 62, 5; 2, 13, 1. 43, 10. 44, 5; persaep.;
προγονικός C. I. G. 3386; 3657; 3882 i; Pol. 3, 64, 2; 13, 6, 3; saep.;
ἐξαπορέω C. I. G. 2058; Pol. 3, 47, 9. 48, 4; saep.;
προσαξιόω C. I. G. 6819; Pol. 3, 11, 7; 17, 8, 5;
συνδιατηρέω C. I. G. 3137 III; Pol. 2, 58, 3;
ἐξοδεύω C. I. G. 2556; Pol. 4, 54, 1; 5, 94, 3; saep.

1) Cf. B. Wobstium Fleckeiseni annal. t. 129 p. 121 s. Cf. etiam Luettg. de Pol. elocut. p. 4 et 16 et Stich. de Pol. dic. gen. p. 145 et 211.

2) Cf. Leop. Schmidtium: Die Ethik der alten Griechen vol. II. p. 33.

3) De Polybii dic. gen. p. 146.

Sunt autem:

ὀχυροποιέομαι 1, 18, 4; cf. Schol. Philostr. 1, 4 p. 786;

ζυγοστατέω 1, 20, 5; 6, 10, 7; cf. Luc. de Hist. Conscr. 49; Alciphr. 2, 2;

ζωηδόν 6, 5 9 etiam Kaelkerus[1]) ἅπαξ λεγόμενον nominavit;

ἐθελοκακέω 4, 38, 6; 5, 1, 7. 2, 8; al. iam in usu Herodoti (cf. 1, 127; 5, 78), nullius autem ante Polybium philosophi fuit, sicut etiam θεώρημα (velut 1, 2, 1; 6, 26, 10 etc.) a Dem. p. 247, 20 adhibitum est.

Idem valet de vocabulo ἀτρεκής (cf. 1, 4, 9 et al.), quod Stichius[2]) exemplum poetarum vocis attulit. Sed etsi legitur in Il. velut 5, 208 aut in Od. 1, 179; 16, 245 aut ap. Pind. Ol. 3, 12 et Theocr. 2, 5 aliosque poetas, tamen invenitur etiam in oratione soluta velut ap. Hdt. 3, 98; 5, 9. 54; 7, 181, cuius librorum Polybium ignarum fuisse quis est, qui dicat? Cf. etiam Hipp.[3]) p. 12, 38. 42; 268, 30; 301, 15; 756 E. 1199 E.

In eundem errorem inductus est Eberhardius in observatt. Polyb. p. 9 ss. Is enim, ut pauca eius errorum exempla afferam, substantivum δρασμός 5, 26, 14; 15, 27, 4; al. in vocabulis poeticis numerare non dubitat, quamquam legitur non solum ap. Eur. Iph. T. 1300 aut Herc. Fur. 1010 et al., sed etiam ap. Hdt. 5, 124; 6, 70; 8, 23. 75; Aeschin. p. 56, 38;

ἄπλετος 1, 50, 3; 3, 92, 8; al. etsi legitur ap. Pind. Isthm. 3, 29; Soph. Tr. 982; Ap. Rh. 1, 574; mult. al., tamen invenitur etiam ap. Hdt. 1 14; Xen. An. 4, 4, 11; Plat. Legg. 3 p. 676 C. 683 A;

ἀτέραμνος 4, 21, 4 invenitur ut ap. Ar. Ach. 118; Theocr. 10, 7; al., ita etiam ap. Hipp. p. 280, 51; Arist. de Gen. Anim. 4, 2; Theophr. H. Pl. 2, 9;

κιρνάω 4, 21, 3 scriptum est etiam ap. Her. 4, 66; Hipp.[3]) p. 639, 43;

ἀντισηκόω 29, 22, 2 etiam ap. Hipp.[3]) p. 389, 10 invenimus.

Attamen iure affert illo loco vocabula:

ἀσυλία, δράστης, κυδοιμός, ῥύσιον, στωμυλία, φεψάλυξ; ἀδήριτος, ἀμφήριστος, ἀντίπαις, δορίκτητος, χρυσοστέφανος; αἰκάλλω, κορωνιάω, μοχθίζω; al.

---

1) Quaest. de eloc. Pol. p. 298.

2) Cf. etiam Schenk(e)lium, Bursian. Jahresber. vol. 38 p. 241.

3) Cf. hui. dissert. p. 15 s.

In contrarium errorem incidit Luettgius de Polyb. eloc. p. 5, cum, praeterquam quod p. 10 iniuria Polybio crimini dat verborum quorundam compositionem, quae iamdudum alii eadem significatione adhibuerunt velut προσεπιλέγω (cf. Theophr. C. Pl. 1, 21, 7 etc.), sine ullo iure contendat Polybium ἀδήριτος, ἄπλετος, ἀτρεκής, ἐξαίσιος, πρόσφατος; ῥύσιον, mult. al. vocabula e sermone vulgari excepisse.

Ἀδήριτος (cf. 1, 2, 3. 20, 12; saep.) enim vocabulum poeticum esse etiam Stichius p. 145 dixit (cf. Il. 17, 42; Aesch. Prom. 105). De vocabulis ἄπλετος et ἀτρεκής cf. hui. dissert. p. 4.

Non minus e poetarum sermone depromptum est ῥύσιον (4, 53, 2; 22, 4, 13. 17; 32, 17, 1); cf. Hom. Il. 11, 673; Aesch. Suppl. 150. 314. 412; Ag. 535; Soph. Oed. C. 858; Phil. 959;

πρόσφατος velut 1, 21, 9 iam invenitur ap. Hom. Il. 24, 757; Aesch. Choeph. 804; Lys. p. 151, 5; Dem. p. 551, 15; Arist. H. A. 3, 1. 14; Probl. 21, 4;

ἐξαίσιος (cf. 18, 20, 7 et al.) scriptum est ap. Hom. Il. 15, 598; Od. 4, 690; Aesch. Suppl. 514; Xen. H. Gr. 4, 3, 8; Plat. Tim. p. 22 E; Pseudo-Arist. de Mund. 6; mult. al.

Qua in re quoniam vel doctissimos viros[1]) erravisse satis intelleximus, tempus aliquod et laborem huic studio impertire abs re mihi minime esse videtur.

A.

Iam accedamus ad ea exempla, quae quasi prooemii loco nobis afferenda esse videntur, proponenda, unde cognoscas, quomodo vocabulorum vim priorem partim retinuerit Polybius, partim amplificaverit, et quomodo eius exemplum posteriores quoque secuti sint, velut Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnassensis, Strabo, Josephus Flavius, Plutarchus, scriptores sacri[2]), alii[3]).

---

[1]) Hic etiam numerandus est Mollenhauerus, qui, ut exemplo utar, dissert. de verbis cum praep. compos. Polybian. p. 27 verbum ἀφάλλεσθαι (10, 48, 5), quod legimus etiam ap. Arist. de Anim. 2, 8 med., sermoni poetico tribuit.

[2]) Id quod etiam commemoravit per occasionem J. Bernaysius Heracl. Epist. p. 120 (Berol. 1869).

[3]) Cf. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 233.

Initium faciamus ab exemplis eorum vocabulorum afferendis, quae petita sunt a poetis[1]).
Sequuntur autem

a. substantiva:

ὀχεύς: retinaculum, lorum, quo galea sub mento constringitur, pessulus, ap. Hom. Il. 3, 372; 4, 132; 12, 121. 291. 455. 460; 19, 371; 20, 414; 21, 537; 24, 446 et 566; Od. 21, 47; Theocr. 24, 49; Ap. Orph. Arg. 78 et 983; Ap. Rh. 4, 41;
priore significatione apud Polyb. 18, 18, 4;[2])
cf.[3]) Phil. Belop. p. 70 C. D et saep.
κρῖμα: iudicium, ap. Aesch. Suppl. 392;
ead. significat. ap. Pol. 23, 1, 12;
cf. Ev. Luc. 24, 20; Matth. 7, 2; I. ad Corinth. 6, 7.
αὐτουργία: caedes, ap. Aesch. Eum. 322;
industria, assiduitas in opere faciendo, propria experientia et usus rerum ap. Pol. 4, 21, 1; 9, 14, 4;
cf. Plut. Coriol. 24; Philostr. p. 304; Theodor. H. E. 5, 18 p. 730.
κέντημα: aculeus, stimulus, ap. Aesch. fr. 155;
cuspis gladii ap. Pol. 2, 33, 5. 6; 3, 114, 3; 6, 23, 7; fr.[4]) 96;
cf. libr. Ms. ap. Ducang. p. 1714.
στῦλος: columna. Videtur autem proprie esse columna, quae in aedificiis et machinis statuitur ad ea fulcienda et sustinenda; at στῆλαι plerumque in locis publicis inscriptionum maxime causa; etiam metaphorice; cf. Aesch. Ag. 827; Eur. Iph. T. 50. 57; Eur. fr. Antiop. ap. Clem. Al. Strom. 1 p. 418;
columna in machina ap. Pol. 1, 22, 4. 8;
cf. S. Emp. adv. Math. p. 600; Exod. 13, 21; 14, 24; 19, 9; Apoc. 3, 12; Sirac. 36, 24; vid. etiam Paus. 5, 20, 3.

---

1) Cf. etiam Praechter. Cebetis tab. p. 104—131.

2) Plerumque secutus sum interpretat. Schweighaeus. vel Henr. Steph., quoad eius fieri potuit.

3) Locos post Polybi aetatem scriptorum praecipuos omissis significationibus afferre spatii ac brevitatis causa satis habui.

4) fr. = fragmenta ab Hultschio in fine edit. Polyb. allata.

b. adiectiva:

δέσμιος pro δεσμώτης: vinctus, qui est in vinculis, in carcere, ap. Aesch. Eum. 296. 319. 328; Soph. Ai. 299; Phil 608 et 680; fr. Hercul. ap. Ath. 9 p. 375 D; Eur. Bacch. 226. 615; Rhes. 74;
ead. signif. ap. Pol. 15, 33, 6; 33, 11, 3;
cf. Ant. Pal. 12, 113; Diod. S. 18, 66.

παλίσσυτος: retro gradiens, retrogradus, retro cedens, ap. Soph. Oed. R. 192; Eur. Suppl. 388; Lycophr. 1461; Ap. Rh. 1, 106; 3, 112. 306; Nic. Ther. 571;
retro ruens ap. Pol. 15, 12, 2;
cf. Philon. vol. I. p. 312, 8; Galen. vol. XIX. p. 79, 14.

δίστομος: duos exitus habens, biceps (gladius), ap. Soph. Phil. 16; Oed. C. 900; Eur. Hel. 989; Or. 1303;
duo habens ora, ostia, geminum os habens ap. Pol. 34, 10, 5;
cf. fr. Meleagri ap. Macrob. Saturn. 5, 18; Strab. 17 p. 809; Ep. ad. Hebr. 4, 12.

δωροφάγος: donivorus, devorator munerum, ap. Hes. Op. 219. 226;
ead. signif. ap. Pol. 6, 9, 7.

ὑπεραλγής: gravis doloris plenus, ap. Soph. El. 176;
valde dolens ap. Pol. 3, 79, 12; fr. 31.

c. verba: [1]

πειράζω: tento, periculum facio, ap. Hom. Od. 9, 281; 16, 319; 23, 114; Ar. Vesp. 1129; Ap. Rh. 1, 495; 3, 10;
item ap. Pol. 2, 6, 9; 5, 69, 4;
cf. Plut. Mor. p. 230 A; Cleom. 7; Alex. Aphr. Probl. 2, 54 extr; Matth. 4, 3; 19, 3; Paul. I. ad Thess. 3, 5; al.

ἐκπτοέω: exterreo, animum alicuius percello, ap. Eur. Cycl. 185;
consterno, obstupefacio ap. Pol. 5, 36, 3; 14, 5, 7;
cf. Poll. 1, 118; 5, 122; Hdn. 5, 4.

ξενηλατέω: peregrinos, hospites expello, ap. Ar. Av. 1012;
expellor ap. Polyb. 9, 29, 4;
cf. Diod. Exc. p. 543, 9; Plut. Mor. p. 727 E.

---

[1]) Cf. etiam Mollenhauer. p. 18. 26. 27.

συναλαλάζω: simul acclamo, ap. Eur. Herc. F. 11;

clamorem militarem tollo ap. Pol. 1, 34, 2; 2, 69, 7; 15, 12, 8; 18, 25, 1;

cf. Plut. Mor. 22 et Philostr. Her. p. 741 et saep.

καινοποιέω: res novas facio, innovo aliquid in re quapiam, ap. Soph. Tr. 873;

novo, renovo, instauro ap. Pol. 1, 4, 5; 3, 49, 11. 70, 11; 4, 2, 4; 6, 54, 2; 9, 2, 4; 21, 10, 10; 30, 4, 17; 32, 14, 9. 23, 8;

cf. Diod. S. 16, 80; Plut. Mor. p. 273 C.

B.

Nunc accedamus ad afferenda exempla e philosophorum[1]) sermone petita.

Polybium Stoicorum sectam secutum esse cum alii[2]) dixerint, tum sagacissime docuit R. Hirzelius[3]).

Attamen ex hac re ita non sequitur scriptorem nostrum aliorum philosophorum doctrinae ignarum fuisse, ut contra iure ac merito contendamus eum, quippe qui doctissimus esset disciplinis Graecis, nihilo minus e ceterarum scholarum sermone vel scientem vel inscientem libris suis permulta immiscuisse[4]).

In omnibus autem eiusmodi quaestionibus semper tenendum est Polybium, ut priorem significationem retinuerit, ita eam saepius vel omnino mutavisse vel amplificavisse[5]).

Proponentur autem nonnulla exempla eaque

a. substantivorum:

περιπέτεια: conversio, in contrarium statum commutatio, fortunarum mutatio, ap. Arist. πο. 11. 1452 ^{a} 22;[6]) πο 6. 1450 ^{a} 34; πο 16. 1454 ^{b} 29; Ρα 11. 1371 ^{b} 10; cf. etiam Pseudo-Arist. Ζιθ 2. 590 ^{b} 13;

---

1) Cf. Chodniceckium: Die politischen Ansichten des Polybius im Zusammenhange mit Plato und Aristoteles (1877); A. Richterum: Polyb'. Leben, Philosophie, Staatslehre, letztere im Zusammenhange mit der politischen Theorie von Plato, Aristoteles, Cicero und Tacitus etc. (Landshut 1860); cf. etiam Praechter. Cebet. tab. p. 104—131.

2) Velut Stichius p. 146.

3) Untersuchungen zu Ciceros philosoph. Schriften p. 841—907.

4) Cf. Hirzel. p. 884.

5) Cf. hui. dissert. p. 5.

6) Secutus sum plerumque signif. Bonitz. ind. Aristotel.

fortunae casus, calamitas, dubitatio ap. Pol. 1, 13, 11. 23, 1. 37, 3. 38, 1. 55, 5. 59, 1; 2, 56, 13. 58, 12; 3, 4, 5. 86, 6. 97, 8; 5, 20, 10. 74, 3. 75, 5. 88, 3; 6, 1, 5. 10, 14; 8, 1, 3; 9, 8, 6. 9, 3. 10, 10. 12, 6. 17, 9; 10, 6, 1. 7, 1. 33, 4 7; 11, 2, 3. 6. 11; 12, 25 k, 7; 15, 28, 7. 36, 2. 4; 16, 6, 9. 32. 5; 18. 15. 13. 33. 4; 20, 5, 6. 11. 11. 1; 21, 26, 16. 18; 31. 19, 1; 32, 22, 4; 37, 9, 1; 38, 3, 6. 7. 5, 2; 39, 18, 7;

cf. Diod. S. 17, 47; Dionys. A. R. 2, 6; Plut. Nic. 21; S. Emp. p. 310.

ἀπόρημα: quaestio sive potius res, de qua quaeritur, dubitatio in medium allata, de qua disceptatur. ap. Plat. Phil. p. 36 E; Arist. τθ 11. 162 [a] 17; Αδ 6. 92 [a] 29; Αγ 1. 71 [a] 29; Μγ 6. 1011 [a] 6; Φδ 4. 211 [a] 10; Μμ 2. 1077 [a] 1; γ 2. 1004 [a] 34; Γα 10. 327 [b] 32; Αγ 1. 71 [a] 31; Theophr. aliosque philosophos;

dubitatio, difficultas ap. Pol. 1, 12, 6; 31, 21, 8;

cf. Galen. vol. II. p. 880, 12; IV. 383, 4; saep.; Diog. L. 5, 26.

ἐλάττωσις: imminutio, diminutio, ap. Plat. Defin. p. 412 B. 416 A; Arist. τζ 3. 146 [a] 16; αρ 6. 1251 [a] 5;

iactura, detrimentum, clades ap. Pol. 2, 36. 6; 3, 89, 8; 4. 47. 3; 5, 2, 8; 10, 11, 6. 33, 4; 11, 2, 3; 12, 6 a, 4; 27, 8, 8; 31, 7, 4;

cf. Dionys. A. R. 11, 23; Plut. Mor. p. 2 C; Sertor. 23; D. Cass. 38, 33; 39, 26.

πιθανότης: probabilitas, verisimilitudo, argumenta probabilia, quod aptum est ad persuadendum, ap. Plat. Crat. p. 402 A; Legg. 8 p. 839 D; Arist. Ηα 4. 1097 [a] 3; fr. 108. 1495 [b] 12;

probabilitas, speciosa ratio ap. Pol. 3, 9, 2; 12, 25 d, 6. 26 c, 2; 13, 5, 5; 15, 25, 35. 34, 2; 16, 6, 10; 18, 45, 3; 22, 20, 2; 27, 15, 9; 37, 2, 6;

cf. Philon. vol. I. p. 315, 5; 367, 16; 517, 13; Plut. Marcell. 21; Iren. p. 4.

ἀλλοίωσις: mutatio, immutatio, ap. Plat. Reip. 5 p. 454 C; Theaet. 181 D; Phaed. 78 D; Parm. 138 C; Arist. Μλ 2. 1069 [b] 12; γ 1. 1088 [a] 32; Κ 4. 15 [b] 12, [a] 18; Φε 2. 226 [a] 26; η 2. 243 [a] 9; Γα 2. 317 [a] 27, 5. 320 [a] 14; Γα 4. 319 [b] 10. 33; Μλ 8. 989 [a] 27; ψβ 5. 417 [b] 7; saep.;

alienatio mentis ap. Pol. 3, 81, 5;

cf. Dionys. de Comp. Verb. § 6 p. 12 H; 39, 13 R; Ps. 44. t. I. p. 887.

b. adiectivorum:

εὐσυλλόγιστος: ratiocinabilis, ap. Arist. Rhet. 1, 1, 5; quod facile colligi potest ap. Pol. 12, 8, 8;

cf. Plut. Oth. 14.

εὐθεώρητος: cuius contemplatio facilis est, facilis intellectu, ap. Arist. Ζιζ 27. 578 a 20; Ρα 15. 1376 b 31; Ζγα 68. 724 a 17; τι 25. 100 b 3; Theophr. H. Pl. 1, 1, 1;

perspectu sive intellectu facilis ap. Pol. 2, 49, 2; 9, 15, 15; 12, 10, 12. 19, 9; 18, 31, 12;

cf. Diod. S. 19, 37; Plut. Comp. Arist. c. Cat. init.; Mor. p. 932 A.

ἀφιλόσοφος: qui philosophus non est, a philosophia alienus et abhorrens, ap. Plat. Soph. p. 259 E; Phaedr. p. 256 B: Tim. p. 75 A; cf. etiam Phaedr. p. 172;

philosophiae expers ap. Pol. 12, 25, 6;

cf. Philon. vol. I. p. 1, 8; Ath. 13 p. 611 D; Porphyr. V. Plotini p. 74, 6; Eust. Opusc. p. 257, 92; Theodor. Metoch. Misc. p. 170, 15.

ὁμοειδής: qui est eiusdem speciei, ap. Arist. Ζγα 18. 725 b 27; Ζγβ 8. 747 b 30; Μζ 7. 1032 a 24; Ζγβ 8. 748 a 12; ψα 5. 471 a 20, 18, 17. 1. 402 b 2; Φα 4. 188 a 13; Οα 8. 276 b 5, 30; Μδ 3. 1014 a 30; Φβ 3. 195 a 29; Μδ 2. 1013 b 31; Ζγγ 11. 762 b 19; Οα 19. 278 a 19; Μβ 6. 1002 b 16; Μλ 9. 991 b 24; Ργ 2. 1405 a 36; saep.; Theophr. C. Pl. 3, 66;

ead. signif. ap. Pol. 4, 8, 7; 34, 11, 17;

cf. Dionys. Ep. ad Pomp. 5 p. 780; Plotin. vol. I. p. 345, 11; vol. II. p. 697, 17.

συμπαθής: affectu sive affectibus alii conveniens, itidem affectans, consentiens, ap. Arist. Ζμδ 10. 690 b 4; Ζμβ 7. 653 b 6; Πθ 5. 1340 a 13; πιδ 40. 921 a 36; φ 4. 808 b 19; πγ 31. 875 b 29; θ 163. 846 b 9; Theophr. C. Pl. 1, 7, 4;

misericors, qui condolescit alicui, consentiens, affectuosus ap. Pol. 2, 56, 7; 6, 53, 3; 8, 22, 9; 10, 14, 10. 18, 8; 15, 9, 3;

cf. Strab. 3 p. 173; Joseph. A. J. 7, 10, 5; Plut. de Alex. Fort. p. 338 E; Agath. Anth. Pal. 11, 352, 8.

c. verborum:[1])

τελεσιουργέω: perficio opus, conficio, efficio, ap. Arist. Ζγβ 1. 732 a 25. 733 a 7; Ζγα 8. 718 b 10; Ζιζ 10. 565 b 23;

---

[1]) Cf. etiam Mollenhauer. p. 9 ss.

ead. signif. ap. Pol. 5, 4, 10; 21, 4, 11; fr. 181;

cf. Diod. S. 5, 4; Plut. Mor. p. 907 A; Luc. Philops. 14; Poll. 9, 156. 157; mult. al.

ἑνοποιέω: unio, ap. Arist. de Anim. 1, 5 med.;

in unum iungo ap. Pol. 7, 6, 11;

cf. Ath. 14 p. 634; Clem. Alex. Strom. 7 p. 861; al.

συνηχέω: consono, concrepo, concino, ap. Arist. de Audib. p. 801, 9; Theophr. Char. 7, 3;

ead. signif. ap. Pol. 2, 29, 6;

cf. Dionys. de Comp. Verb. p. 80, 2; Philon. V. M. 1; Plut. Gracch. 3; D. Cass. 51, 9.

παρέπομαι: sequor, comitor, ap. Plat. Soph. 266 B; Legg. 2 p. 667 B; Theaet. p. 186 A; Arist. Ζιζ 13. 567 ᵇ 4; Ζιζ 18. 573 ᵃ 14; τζ 10. 148 ᵇ 21; τγ 2. 117 ᵃ 7, 10; τι 6. 168 ᵇ 31, 28; cf. αρ 1. 1249 ᵃ 29, 4. 1250 ᵃ 37; al.;

ead. signif. ap. Pol. 2, 56, 10; 4, 45, 6; 6, 10, 2. 4; 10, 21, 8; 16, 6, 7;

cf. Plut. Mor. p. 51 B. 85 A; Alex. Aphr. Probl. 1, 33; Philostr. Ep. 37 p. 950; Hdn. 4, 13, 1.

ἐξαδυνατέω: non possum, ap. Arist. Πγ 11. 1282 ᵇ 4; ημβ 1. 1198 ᵇ 27, 33; τα 18. 108 ᵃ 36; Ζγε 5. 785 ᵃ 10; ημβ 16. 1213 ᵇ 6; υ 3. 457 ᵇ 17; φ 6. 811 ᵃ 9; πλα 19. 959 ᵃ 29; Ζιζ 21. 575 ᵃ 21; Theophr. C. Pl. 1, 163; 4, 6, 4;

viribus deficio, prosus nihil possum ap. Pol. 1. 58, 5; 10, 30, 3;

cf. Plut. Mor. p. 53 D; Alcib. 23; Mar. 33; Tatian. 26, 61 Wirth.

καταβιόω: vitam transigo, ap. Plat. Prot. p. 355 A; Reip. 9 p. 578 C;

ead. signif. ap. Pol. 12, 28, 6; 15, 34, 4;

cf. Plut. Demosth. 24; Luc. Ver. Hist. 1, 12; Hdn. 1, 15, 8; Diog. L. 9, 28.

d. adverbiorum:

κατὰ ποσόν: aliquatenus, aliquantum, ratione quantitatis, ap. Arist. Ηθ 9. 1158 ᵇ 31; κατὰ τὸ ποσόν, ap. Arist. Φγ 1. 201 ᵃ 6; Μκ 9. 1065 ᵇ 19; Μλ 2. 1069 ᵇ 10; Γβ 6. 333 ᵃ 26; saep.;

aliquatenus, aliquantum ap. Pol. 2, 3, 3. 53, 6. 61, 2; 3, 36, 5; 5, 62, 13; 24, 12, 9 semper sine articulo τό.

C.

Restat, ut afferam exempla pauca eorum vocabulorum, quae apud Polybium primum leguntur.[1])

Sunt autem

a. substantiva:

ἀντιπολιτεία: dissensio, discidium in re publica, factionum studia ap. Pol. 11, 25, 5; 20. 5, 5; 22, 13, 14; 28. 16, 1; 29, 10. 2:

cf. Plut. Caes. 11; Greg. Naz. vol. I. p. 309 D; Theod. Metoch. Misc. p. 170. Contra cf. Plat. Reip. 8 p. 560 A (ἀντίστασις); Din. 1, 97 (ἀντιπολιτεύεσθαι).

πολισμάτιον: oppidulum ap. Pol. 1, 24, 13. 53, 10. 12; 2, 11, 16; 3, 96, 13; 5, 3, 4; 21, 37, 8; 31, 22, 3;

cf. Diod. 13, 6, 79; Joseph. A. J. 15, 9, 6; Plut. Themist. 26; Dion. 25. Contra cf. Thuc. 8. 14 (πολίχνη): Isocr. 5, 145 (πολίχνιον); item Plat. Reip. 2 p. 370 D.

προτέρημα: commodum vel opportunitas, qua quis utitur, priores partes, successus, victoria, res bene gesta ap. Pol. 1, 9, 7. 16, 1. 18, 6. 29, 1. 40, 11. 41, 1. 51, 3. 53, 8. 74, 10; 2, 10, 6. 7. 53, 5. 67, 8; 3, 66, 7. 70, 1. 76, 9. 81, 4. 89, 8. 9. 90, 4. 97, 1. 111, 4; 4, 11, 9. 13, 4. 59, 4; 5, 13, 7. 23, 10. 49, 2. 55, 1. 85. 7. 87, 3. 107, 3; 10, 36, 2; 11, 15, 6. 29, 1; 13, 4, 4; 15, 11, 8; 16, 4, 10. 20, 6; 18, 32, 6; 39, 11, 10. 11;

cf. Diod. 3, 70; 15. 35: 16. 5: Plut. Caes. 53; Epict. Enchir. 6. Contra cf. Hdt. 1, 32 (εὐτυχία); item. Plat. Men. 72 A; Legg. 9 p. 875 A (συμφέρον), sicut etiam Xen. An. 5, 9, 26; cf. Plat. Legg. 1 p. 641 A mult al.

ἐκλογισμός: exacta computatio; rationum subductio, aestimatio, cogitatio, ratio ap. Pol. 1, 59, 2; 10, 6, 12. 9, 2. 3:

cf. Dionys. de Thuc. 3 p. 814, 4; Plut. Crass. 2; Oth. 9. Contra cf. Thuc. 2, 40; Lys. 2, 23; Dem. 21, 129.

συγκύρησις: casus, eventus ap. Pol. 9, 12, 6;

cf. Diog. L. 10, 98; S. Emp. adv. Pyrrh. 1, 141. Contra cf. Lys. 6, 25 (τὸ αὐτόματον); Plat. Legg. 4 p. 709 A (τύχαι καὶ συμφοραί).

---

[1]) Cf. hui dissert. p. 6 adn. 1.

b. adiectiva:

φιλελεύθερος: libertatis amans, libertatis amator ap. Pol. 2, 55, 9; 4, 30, 5; 5, 106, 5;

cf. Philon. vol. II. p. 468, 1; Plut. Timol. 2; Pelop. 5; Comp. Philopoem. et Titi 3; Demosth. 3; Clem. Al. Paedag. 1 § 99 etc. Scriptores Attici quin dixerint: ἐπιθυμία ἐλευθερίας, ἐπιθυμεῖν, ὀρέγεσθαι, γλίχεσθαι ἐλευθερίας etc., dubium non est, etsi locus mihi illico non praesto est.

ὑπερβολικός: modum excedens, nimius supra fidem ap. Pol. 2, 62, 9; 5, 32, 2; 7, 12, 8; 18, 46, 13; 28, 17, 10;

cf. Plut. Mor. p. 668 B; Herodian. in Boiss. Anecd. vol. III. p. 248. 249; Cyrill. c. Julian. p. 137 C. Contra cf. Hdt. 2, 129; 8, 116; 9, 78 (περισσός; ὑπερφυής); Plat. Legg. 9 p. 864 D (ὑπέρμετρος).

ὑπερπετής: super caput eminens, praealtus, super caput transiens ap. Pol. 8, 6, 4. 7, 3; 18, 30, 3;

cf. Diod. S. 14, 23; 17, 7; Dionys. A. R. 9, 11; Strab. 15 p. 1069 B; Joseph. A. J. 2. 10, 2; Plut. Marcell. 16; Luc. pro Imag. 17. Contra cf. Thuc. 4, 32. 128; Xen. An. 1, 5, 8 (μετέωρος); cf. etiam Plat. Tim. 80 A; Apol. 23 D; Lach. 184 A; Phaed. 98 B.

κατάφοβος: formidolosus ap. Pol. 1, 39, 12; 2, 21, 6; 3, 40, 1. 107, 15; 5, 42, 4; 10, 7, 7;

cf. Plut. Pelop. 31; Dion. 4. Contra cf. Thuc. 3, 82; 6, 33; 7, 21; Xen. Cyr. 1, 4, 27; An. 1, 8, 20; al.

δυσπροσόρμιστος: difficilis appulsu ap. Pol. 1, 37, 4; 4, 56, 6;

cf. Diod. S. 1, 31; 20, 74; Poll. 1, 101. Contra Attici ad hanc rem significandam variis locutionibus usi sunt, velut Thuc. 4, 3 (ἀπόβασίς ἐστιν) aut χαλεπός seq. inf. etc.

c. verba[1]:

ἐπικεφαλαιόομαι: per summa capita, summatim recenseo ap. Pol. 2, 40, 4;

cf. D. Cass. 52, 28. Contra cf. Her. 3, 82 (συλλαμβάνειν); 7, 16, 3.

εὐθανατέω: felicem vel honestam mortem obeo, honeste morior ap. Pol. 5, 38, 9;

---

[1]) Cf. Mollenhaueri dissertat.

cf. Joseph. A. J. 9, 4, 5; Stob. Ecl. Eth. vol. II. p. 236. Contra cf. Aesch. Ch. 350 (καλῶς θανεῖν); Soph. Ai. 479 (καλῶς τεθνηκέναι); al.

θαλαττουργέω: exerceo mare, rem navalem tracto, in mari opus facio ap. Pol. 6, 52, 1;

cf. Strab. p. 111. Contra cf. Xen. Hell. 4, 8, 6 (πλεῖν θάλασσαν); cf. etiam Lys. 6, 19; Plat. Reip. 346 B.

κακοπραγμονέω: improbe ago, improba molior, male cogito ap. Pol. 3, 2, 8; 4, 15, 8. 82, 3;

cf. Plut. Mor. p. 796 E; Dion. 49 extr. Contra cf. Antiph. 5, 65 (πανουργεῖν) et Dem. 35, 56; Xen. An. 2, 5, 4.

πελεκίζω: securi percutio, securim illido ap. Pol. 1, 7, 12; 11, 30, 2;

cf. Diod. S. 36 p. 530, 22. 19 p. 726, 101; Plut. Anton. 36; Poplic. 7; Eust. Opusc. p. 119, 28; Apoc. 20, 4. Contra cf. Xen. An. 2, 6, 1 (ἀποτμηθέντες τὴν κεφαλήν) mult. al.; cf. etiam Soph. El. 99; Eur. Hec. 1279; Troad. 361.

d. adverbia:

κατατεθαρρηκότως[1]): confidenter, audacter, licenter ap. Pol. 1, 86, 5; 2, 23, 4; 3, 76, 9;

Bud. affert e Plut. ἀνειμένως καὶ τεθαρρηκότως. Contra cf. Thuc. 8, 103; Xen. Conv. 2, 10; Plat. Apol. 34 E.

παρηλλαγμένως: insolito modo, more inusitato ap. Pol. 15, 13, 6;

cf. Diod. S. 14, 112; Joseph. A. J. 18, 1, 5. Contra cf. Thuc. 1, 38; 3, 35; 4, 17.

τετολμηκότως: audacter ap. Pol. 1, 23, 5; 8, 34, 5; 9, 4, 2; 16, 33, 1. 37, 6;

cf. Diod. 13, 79 init. Contra cf. Thuc. 3, 83; Plat. Legg. 6 p. 773 D.

ὑποπεπτωκότως: demisse ap. Pol. 35, 2, 13;

cf. Poll. 4, 57; Glyc. de Ver. Synt. Rat. p. 22, 16. Contra cf. Xen. An. 7, 7, 16; Isocr. 4, 152.

διερριμμένως: interrupte, sparsim ap. Pol. 3, 58, 3;

cf. Clem. Al. p. 901. Contra cf. Thuc. 1, 142; 7, 27; Plat. Legg. 7 p. 393 E.

---

[1]) Cf. Kuehner. Gr. § 335 adn. 2.

D.

Priusquam ad dissertationis meae partes tres transeam, liceat mihi hoc loco sententiam pronuntiare, quae, etsi multis haud verisimilis esse videatur, tamen nobis est exponenda.

Cum enim Polybium et poetarum et philosophorum multorumque scriptorum aliorum libris lectitandis operam navasse iamdudum nobis persuasum sit, quid est, quod miretur quisquam, si dicimus illum etiam Hippocratis medici librorum gnarum fuisse?

In legendis enim Polybi historiarum libris haud pauca vocabula inveni, quae, quod nos quidem sciamus, ante Polybium non leguntur nisi apud Hippocratem. Ob eam rem, etsi permagna litterarum Graecarum iactura facta est, tamen equidem puto me non longe a recta sententia aberrare, si affirmo Polybium illius medici libros diligentissime perlegisse eorumque nonnulla, quippe qui plurimum valeret memoria, hac comprehensa tenuisse.

Exempla autem sunt:

πολυποσία: largus sive largior potus ap. Hipp. p. 1258 G;
immodica compotatio [1]) ap. Pol. 5, 15, 2; 29, 13, 1;
cf. Plut. Mor. p. 624 A; Ath. 10 p. 415 F; Diog. L. 4, 8. Contra cf. Xen. Mem. 1, 2, 22; 2, 61 (φιλοποσία); Plat. Phaed. 81 E.

πτύσμα: sputum ap. Hipp. p. 65, 41; 390, 55; 184 B; 402, 18;
ead. signif. ap. Pol. 8, 14, 5;
cf. etiam Orac. Sibyll. 1, 365. Contra cf. Xen. Mem. 1, 2, 54 (σίαλον); Arist. H. A. 8, 29 (πτύελον).

ἔνδεσις: nexus, conexio ap. Hipp. de Oss. Nat. p. 279, 17;
revinctio, insertio, conexio ap. Pol. 6, 23, 11;
cf. Philon. Belop. in Mathem. Vett. p. 99. Contra cf. Plat. Legg. 11 p 933 A (κατάδεσις).

παραφυλακή: observatio ap. Hipp. p. 1278, 53;
praesidium urbis ap. Pol. 2, 58, 1; 4, 17, 9;
cf. Diod. 17, 71; Eunap. p. 47. Contra cf. Hdt. 7, 59 (φρουρά); Thuc. 2, 13 et 3, 51 (τήρησις); cf. etiam Plat. Phil. 38 B (θεωρία).

---

1) Cf. hui. dissert. p. 5 et 8.

κοινολογία: colloquium, communis consideratio ap. Hipp. p. 27, 35;

colloquium de aliquo negotio componendo ap. Pol. 2, 8, 7; 5, 102, 8. 103, 3; 15, 9, 1;

cf. Plut. Ages. 25; Diog. L. 2, 14; Phot. p. 174, 23. Contra cf. Plat. Gorg. 455 C (συμβουλή); Prot. 313 A.

Huc etiam referenda sunt: ὑποδεσμός (11, 9, 4), σύρροια (2, 32, 2), χειρισμός (cf. 5, 26, 4. 31, 7; 15, 34, 3 etc.), ἐξανάστασις (2, 21, 9; 3, 55, 4); παιδομαθής (3, 71, 6. 89, 5); mult. al.

προσεπισπάομαι[1]: traho ad me ap. Hipp. p. 406, 33;

testem advoco, cito ap. Pol. 12, 13, 3;

cf. Diod. S. 13, 77; D. Cass. 61, 8. Contra cf. Xen. An. 7, 7, 39 (μάρτυρα ποιεῖσθαι); Plat. Legg. 9 p. 863 E (ἐπισπᾶσθαι); Conv. 175 E (μάρτυρας παρέχεσθαι).

προσκατασπάω: insuper detraho ap. Hipp. 221 E;

naves insuper deduco ap. Pol. 4, 53, 2.

Contra cf. Plat. Legg. 4 p. 706 D (καθέλκειν ναῦς); cf. etiam Hdt. 4, 73 et Plat. Pol. 288 E.

ἐξυγιάζω: sano apud Hipp. p. 3, 35;

ead. signif. ap. Pol. 3, 88, 2.

Contra cf. Hdt. 3, 134; 7, 181; mult. al.

---

[1]) Cf. Mollenhauer. p. 22; cf. etiam p. 38. 40. 10.

Pars I.

De Latinismis.[1]

Polybio, Lycortae filio, qui, priusquam Romam adiret et Romanorum mores cognosceret, iamdudum et scholis et vita educatus erat, novam aetatem illuxisse, ubi Romam abductus est obses, non est, quod miremur. Nam cum praeditus esset promptissima mente et in omni genere acerrima, animos, ut supra[2]) diximus, nobilissimorum Romanorum, quorum consuetudine et rem publicam Romanam et rationes civiles plane perspexit, sibi conciliavit. Cum autem omni ex parte utilitatem magnam ei attulerit illa consuetudo ac familiaritas, tum praesertim, cum ingenio Romanis esset magis affinis quam Graecis, ad sermonem eius formandum maximi fuit momenti.

Huc accedit, quod, cum rerum Romanarum historias componere animum induxisset Polybius, ne verborum[3]) duodeviginti mentionem faciamus sermonis Latini propriorum et ab eo Graecis litteris expressorum, velut πραίφεκτος 6, 26, 5 et al. (deest in lexicis); δεκαυρίων 6, 25, 2 (deest in lexicis); δικτάτωρ 3, 87, 6. 7. 9 etc.; τριάριοι 1, 26, 6 et persaepe, pleraeque res, quas Graeci ne nomine quidem antea noverant, et describendae et nominandae ei fuerunt.

---

1) Non commemorabo ea, quae iam Stichius de Pol. dic. gen. p. 146 s., Kaelkerus quaest. de eloc. Pol. p. 280 et 290, Eberhardius observatt. Polyb. p. 19, Luettgius de Pol. elocut. p. 6 exposuerunt, nisi quod Kaelkeri quaest. p. 290 s. addo: προσέχειν, ἵνα (Pol. 23, 9, 7); παρακαλεῖν, ἵνα μή (2, 49, 8); cf. etiam 21, 11, 13 similesque locos. Praeterea vid. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 30 p. 241. Resp. etiam hui. dissert. p. 30 med.

2) Cf. hui. dissert. p. 1.

3) Cf. hui. dissert. p. 22 adn. 1.

Quae quum ita sint, scriptori de lingua Latina multa in suum sermonem convertenda fuisse quis est, qui neget?

Sed ut transeat oratio ad singula, primum scribamus de iis Latinismis, qui attinent ad rem militarem eique similia, ita tamen, ut primum disputemus de locutionibus formatis verbo ἄγειν eiusque compositis.

Sunt autem:

Θρίαμβον ἄγειν Graecis ante Polybi aetatem alienum; nam πομπεύειν (cf. Dem. p. 522, 3) eundem habet sensum, quem Latine: pompam ducere. Ex Plutarchi demum temporibus (Plut. Anton. 58) illud verbum eandem vim induit, quam: per triumphum ducere.

Loci sunt 1, 88, 6; 21, 24, 17; κατάγειν 11, 33, 7; εἰσάγειν 4, 66, 8; 16, 23, 5. Est autem: triumphum agere velut ap. Cic. Verr. 2, 5, 39, 100; Liv. 45, 38, 11; cf. etiam Plut. Popl. 23; Marcell. 22; Caes. 55.

Verbum θριαμβεύειν 6, 53, 7 est: triumphare; item Plut. Mor. p. 318 B et saep.; Hdn. 3, 9, 1; 8, 7, 22.

Ὑπ' ἐξουσίαν τινὸς ἄγειν 10, 40, 7 est Romanorum: sub potestatem alicuius redigere velut ap. Nep. Milt. 1, 4, 2 fin.; Paus. 2, 4; Pelop. 5 aut: sub imperium alicuius redigere (Caes. B. G. 5, 29, 4; Nep. Timoth. 2). Contra cf. 4, 61, 5 (ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι); Hdt. 1, 201; 5, 103; saep. (ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι); item Dem. p. 1234, 14; cf. etiam Xen. Ag. 1, 22; Plat. Reip. 1 p. 348 D.

Nunc proponamus locutiones verbo λαμβάνειν eiusque compositis effectas.

Ἀναλαμβάνειν[1]) ἀπέχθειαν 2, 46, 6; ἔχθραν 4, 32, 4; id est: suscipere invidiam velut ap. Cic. Verr. 2, 2, 55; odium (Cic. Att. 6, 1, 25); inimicitias (Cic. Off. 1, 9, 28; Ter. Hec. 2, 1, 34). Contra cf. Thuc. 2, 68 (ἔχθραν ποιεῖσθαι); Eur. Med. 44 (συμβάλλειν); cf. etiam Eur. Hercul. 459 (συνάπτειν).

Ἀναλαμβάνειν[1]) πόλεμον 2, 46, 1; 3, 2, 5. 8, 9; 7, 13, 1; 13, 7, 8; ἐπιδέχεσθαι 4, 31, 1; ἀναδέχεσθαι 1, 88, 12; 3, 10, 3; 4, 48, 13; 28, 8, 6 est Latine: bellum suscipere (Cic. Reip. 3, 23; Off. 1, 11, 35) aut: bellum sumere (Sall. Jug. 83; Tac.

---

[1]) Qua in locutione verbum simplex maioris ponderis esse videtur λαμβάνειν — capere, non praepositio.

Annal. 2, 4. 45; Hist. 4, 43). Contra cf. Hdt. 7, 132 et 156 (ἄρασθαι); item Thuc. 1, 80; Xen. Cyr. 1, 6, 45; Hell. 3, 5, 1 ἐκφέρειν; item Dem. 1, 21 etc.

Εἰς τὴν συμμαχίαν προσλαμβάνειν τινά 4, 16, 1; προςδέχεσθαι 4, 15, 2. 55, 2; 21, 25, 2; ἐπιδέχεσθαι 3, 29, 9 est: in societatem aliquem assumere velut ap. Liv. 2, 22. Contra cf. Hdt. 5, 73 (συμμαχίαν ποιεῖσθαι πρός τινα); cf. etiam Plat. Reip. 5 p. 474 B et D. Cass. 37, 56.

Proximum est, ut disputemus de locutionibus verbis πίπτειν, βαίνειν, ποιεῖσθαι, τιθέναι, φέρειν, διδόναι eorumque compositis factis.

Πίπτειν εἰς τὴν ἐξουσίαν τινός[1]) 3, 4, 12 dicitur Latine: cadere in potestatem alicuius (Cic. Att. 8, 3, 2). Contra dixit Hdt. 7, 11: γίγνεσθαι ὑπό τινι, item Thuc. 7, 64 et Plut. Pericl. 6.

Hic reponendum est:

πίπτειν ὑπὸ τὴν δυναστείαν τινός 3, 23, 5; ὑπ᾽ ἀρχήν 1, 1, 5; 6, 1, 3; ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν 3, 23, 6 est Latine: cadere sub imperium alicuius velut ap. Cic. Font. 1, 2; cf. etiam Pol. 6, 17, 2. 9.

Συγκαταβαίνειν εἰς κίνδυνον 3, 89, 8. 108, 7; 5, 66, 7; εἰς κρίσιν 3, 90, 5 fluxit e Romanorum locutione: descendere in certamen (Cic. Tusc. 2, 26); ad certamen (Liv. 7, 14, 6); in aciem (Liv. 8, 8); in belli periculum (Just. 15, 1, 2); cf. etiam Diod. S. Hist. Alex. 17, 98 et 101; 12, 30 (συγκαταβαίνειν εἰς πόλεμον). At Thuc. dixit 1, 1 et 5, 55: ἰέναι εἰς πόλεμον; Xen. Hell. 7, 5, 9: ἐκστρατεύεσθαι.

Ἐκβαίνειν ἐκ τοῦ πολέμου 3, 40, 7 est Latinum illud: excedere bello (Sall. Cat. 9, 4). Attici pro hac locutione multis aliis usi sunt, velut Lys. 16, 18: μετὰ τῶν πρώτων μὲν τὰς ἐξόδους ποιούμενος, μετὰ τῶν τελευταίων δὲ ἀναχωρῶν.

Idem valet de: ἐμβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον 2, 62, 6; 3, 10, 6; 4, 36, 7; 5, 68, 3; 6, 51, 3; 25, 4, 3; 29, 4, 7; 33, 13, 7; fr. 157, quod est: ingredi in bellum velut ap. Cic. Cat. 2, 6.

Etsi apud Xen. Cyr. 2, 1, 15 legitur: ἐμβαίνειν εἰς τὸν κίνδυνον, tamen nemo Graecorum, quod nos quidem sciamus, ante

---

[1]) Etsi ap. Solon. fr. 9, 4 invenitur: πίπτειν εἰς τὴν δουλείαν, tamen certe non efficitur, ut etiam πίπτειν εἰς τὴν ἐξουσίαν etc. in usu fuerit ante Polybium.

Polybi aetatem dixisse videtur: ἐμβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον, donec scriptor noster usu ductus Romanorum, qui et ipsi neque dixerunt: ingredi in pugnam neque: ire in bellum (cf. Thuc. 1, 1; Plat. Prot. 359 E), hanc locutionem adhibuit.

Ποιεῖσθαι φυγῇ παραπλήσιον ἀποχώρησιν 2, 18, 2. 53. 5; 3, 64, 7 Romanorum esse: fugae similem profectionem facere velut ap. Caes. B. G. 3, 53 fin.; 5, 47, 4 nemo erit, qui neget.

Συνωμοσίαν ποιεῖσθαι 1, 70, 6; 5, 2, 8 idem est, quod: coniurationem facere velut ap. Caes. B. G. 4, 30 fin. Contra cf. Hdt. 7, 1, 11 (συνωμοσία συγκροτουμένη); 7, 2, 35 (συνόμνυμι); Plat. Pol. 365 D (συνωμοσίας συνάξομεν); Epigr. Anth. Pal. 11, 25. 2 (θέντο συνωμοσίην).

Τιθέναι τὰς στρατοπεδείας 1, 33, 1 quin sit: castra ponere (locare Cic.) velut ap. Sall. Jug. 45, nemo dubitabit. Contra cf. Atticos scriptores velut Thuc. 1, 47; 2, 19; 3, 107 (στρατόπεδον ποιεῖσθαι) aut 4, 94 (τάττεσθαι) aut 1, 62 (συνίστασθαι); Xen. An. 7, 6, 24 (στρατοπεδεύειν); mult. al.

Non minus elucet ἐνέδρας τιθέναι 3, 71, 2 idem esse, quod: insidias ponere (locare Liv.), velut bell. Hispan. 40; Cic. Sest. 18, 41; Agr. 2, 18, 49 aut: componere velut Tibull. 1. 6, 4; Prop. 2, 32 19: item Diod. 19, 108 et Plut. Rom. 23. Contra cf. ἐνέδρας ποιεῖν Pol. 10, 32, 3; ποεῖσθαι 1, 57, 3, quod Thuc. quoque 3, 90; 7, 32 posuit et Xen. H. Gr. 6, 5, 31.

Πόλεμον ἀποτίθεσθαι 5, 106, 1 est: bellum deponere (Sall. Jug. 83, 2; Tac. Hist. 2, 37; cf. Liv. 4, 6). Contra vid. Thuc. 8, 58 (πόλεμον καταλύειν); Isocr. Archid. p. 126 D (πολέμου ποιεῖσθαι τὴν διάλυσιν); Arist. Rhet. 3, 10 (πόλεμον διαλύεσθαι). Longe aliam notionem habet locus in Schol. Pind. Ol. 8, 68 et ap. Plat. Gorg. p. 149 B.

Ἀποφέρειν τι πρός τινα 28, 5, 2 (cf. etiam 2, 50, 6) idem sibi vult, quod: deferre aliquid ad aliquem, velut Cic. de Legg. 3, 2; pro Lig. 1, 3; Fam. 1, 1; Manil. 23, 67; Caes. B. G. 2, 4, 7. 6, 2; 7, 4. 6. Contra cf. Hdt. 1, 64 (ἐπιτρέπειν); item Thuc. 2, 65 et 5, 99 et al.

Βλάβην ἐπιφέρειν τινί 5, 88, 3; 38, 4, 3 dicitur Latine: detrimentum inferre alicui velut ap. Caes. B. G. 2, 2 fin.; 3, 72, 4; afferre ap. Caes. B. G. 1, 82, 2; 3, 72, 3. (Longe aliter se habet locus ap. Pol. 5, 41, 3 et Hdt. 1, 26 et Thuc. 3,

46 aut ap. Soph. El. 1042). Contra cf. Xen. Hell. 1, 1, 22; Plat. Reip. 1 p. 332 E; mult. al.

Παραδιδόναι εἰς φυλακήν 1, 70, 5; διαδιδόναι 3, 85, 3 nihil aliud esse equidem censeo, quam Latinum illud: in custodiam tradere (Plaut. Most. 2, 1, 59).

Σκέπειν ἀπό τινος 16, 29, 13 est Romanorum: tutari ab aliqua re. Contra cf. Od. 13, 99 (σκεπᾶν τί τινος); Hdt. 7, 172 et 250 (σκέπην παρέχειν τινός et ἐν σκέπῃ εἶναί τινος).

Κινδυνεύειν τῷ βίῳ 5, 61, 4; 15, 3, 6; 27, 2, 3 nihil aliud est, nisi: vita periclitari (Caes. B. G. 6, 33).

Ad probandam hanc sententiam tenendum est, ut Polybius verbum κινδυνεύειν praeter hanc locutionem cum praepositionibus[1]) eodem sensu coniunxerit velut 1, 2, 2 (ὑπέρ τινος) aut 1, 27, 1 (περί τινος). Ex hac re una effici mihi videtur Polybium illam non petiisse ab Ar. Plut. 542 (περὶ τοῦ βίου κ.), sed a Romanis, et quod Herodoti illud: τῇ ψυχῇ (7, 209; 8, 74; cf. etiam Hdn. 6, 5, 8) omnino neglexit, e Latino sermone quin usurpaverit, dubitari non potest.

A Romanorum usu profectam esse formulam: ἀπὸ τῶν εὐωνύμων 6. 51, 1 (a sinistro cornu) apparet[2]): item: ἀφ᾽ ἑκατέρων τῶν κεράτων 1, 34, 3: ab utroque cornu; vid. praeterea 3, 65, 6. 74, 5. 115, 6. 9. 10; 4, 12, 3; 12, 18, 11. Contra cf. ἐφ᾽ ἑκατέρου τοῦ κέρατος 1, 34, 1; κατὰ κέρας 1, 40, 14 et saep.; item: Thuc. 3, 78 et Xen. Cyr. 1, 6, 43; ἐπὶ κέρας Hdt. 6, 12; ἐπὶ τὰ εὐώνυμα Arist. H. A. 2, 1.

Ambigi denique potest, num secundum Romanorum usum scripta sint locutiones vocabulaque haec:

ὁρμὴν ποιεῖσθαι εἴς τι 5, 5, 1; ἐπί τι 4, 28, 1; 8, 19, 10; 11, 6, 1; 14, 4, 4; πρός τι 10, 41, 8 (impetum facere in aliquid Caes. B. G. 4, 12, 1 et saep.); εἰς τὴν φιλίαν προσδέχεσθαι (sic) 2, 11. 6; πρὸς φιλίαν 10, 34, 8; δέχεσθαι 2, 11, 11 (cf. Sall. Jug. 5, 4; 14, 5: recipere in amicitiam); λαβὼν ἄνεμον οὔριον 1, 44, 3. 46, 6 (ventum secundum nanctus: Caes. B. G. 4, 23 fin.); προσπορεύεσθαι[3]) (sic!) πρὸς τὴν ἀρχήν 35, 4, 4; item 28, 6, 9 πρὸς τὴν στρατηγίαν;

---

1) Alius intellegendus est dativus 5, 76, 11, alius 5, 61, 4 etc.

2) Cf. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 238 med.

3) Huc etiam spectat Pol. 2, 2, 10, ubi nos quidem pro προϊόντων scripserimus προσιόντων et pro πρὸς τὴν ἀρχήν: πρὸς τὴν αὐτὴν ἀρχήν, quippe cum post αὐτήν substantivum ἀρχήν facile omitti potuerit.

10, 27. 28; πρὸς πᾶν (accedere ad aliquem magistratum); διαρπαγή 7, 18, 9; 10, 16, 6; 17, 27. 3 (direptio); ἀκεραιότης 3, 73. 6. 105, 7; 6, 40, 9 (integritas).

Nunc pauca vocabula militaria[1]), quae scriptor a lingua Latina transtulit in Graecaın, enumeraturus sum.

Πορεία 1, 76, 3; 3, 51, 2. 53, 8. 84, 1; 5, 72, 6 eundem sensum habet, quem Latine: agmen (Liv. 2, 49; 27. 28; 35, 4). Contra cf. Hdt. 6, 12: στρατιά simil.

Πρωτοπορεία est substantivum certe compositione ex Latino illo: primum agmen ortum. Loci sunt: 1, 76, 4; 2, 34, 13; 3, 53, 1. 7. 79, 1. 83, 3, 7. 84, 1; 4, 11, 6. 7. 69, 1; 6, 40, 4. 8. 9; 8, 28, 10; 9, 8, 11; 11, 11, 3.

Ὑποχωρεῖν 2, 25, 5 nihil aliud significat, nisi: succedere velut ap. Liv. 7, 37, 7; 10, 14, 7. 34, 5; 30, 8, 3; item Dion. H. Ant. 6, 93; contra cf. Pol. 1, 74, 9; 2, 68, 4.

Βοήθεια est interdum Romanorum: auxilia; cf. 1, 77, 6; 2, 50, 12; 4, 60, 4.

Vox σημαιοφόρος 6, 24, 6 e Romanorum usu profecta idem significat, quod: signifer; item Plut. Galb. 22.

Verbum ῥυμουλκεῖν 1, 28, 2; 3 46 5 eo minus hic reponendum est, quod in Latino sermone verbum remulcare (contra Noni (57, 29) sententiam) nunquam fuit. Substantivum autem remulcum apud Livium primum legitur (cf. Liv. 25, 30; 32, 16). Quamobrem ut hoc verbum e Romanorum consuetudine flueret, fieri non potuit.

His Latinismis admodum allatis liceat mihi paucissimos addere ad diversissimas res spectantes.

Ἐν συνόψει τινός 2, 69, 4; 39, 11, 6; τινί 3, 66, 11; 14, 10, 4 quid aliud est, quam: in conspectu alicuius? Cf. Cic. Fam. 1, 7, 5; Caes. B. G. 1, 11; Liv. 1, 31; Verg. Aen. 1, 184. Uno loco (1, 27, 12) Pol. etiam scripsit: ἐν ὄψει τινός. Contra cf. Il. 15, 320; Thuc. 6, 25; Isae. p. 54, 40.

Ἐλπίδας ἐξελέγχειν 1, 62, 4; 2, 34, 2. 35, 6. 50, 12; 3, 8, 11; 9, 5, 6; 14, 9, 8 et τύχην ἐξελέγχειν 21, 14, 4 idem est, quod Latine: spem tentare velut ap. Liv. 21, 12, 3; 28, 38, 4 et: fortunam tentare (Sall. Jug. 7, 1; Caes. B. G. 1, 36, 3; 3, 6, 3; 7, 64, 2). Contra cf. Hdt. 1, 46; 3, 128.

---

1) Σάγος (2, 28, 7. 30, 1; al.) est vocabulnm peregrinum intellegendum (cf. hui. dissert. p. 17).

Etsi ἀρχὴν λαμβάνειν ἀπό τινος iam ap. Arist. μβ 8. 836 b 21 invenitur, tamen Polybius secundum Romanorum usum dicere: ἀρχὴν ποιεῖσθαι ἀπό τινος (initium facere ab aliqua re velut Cic. Reip. p. 1, 19; Agr. 2, 29, 79; Phil. 14, 14, 36 et 5, 7, 20) ausus est: 2, 37, 2; 6, 30, 1 etc. Contra cf. Thuc. 1, 12, 8.

Πίπτειν ταῖς ἐλπίσιν 1, 87, 1 e Latino illo: spe labi aut deici aut cadere (cf. Caes. B. G. 1, 8; 5, 55, 3) fluxisse mihi videtur. Contra cf. Dem. p. 295, 3: ἀποτυγχάνειν τινός mult. al.

Μηδὲν ἔχειν πρόσωπον ἀξιόχρεων τὸ προστησόμενον, καὶ δι' οὗ ss. 15, 25, 25 typo Latino Polybium dixisse censeo.

Ἀπελπίζειν est: desperare. Loci autem sunt: 1, 19, 12. 55, 2; 2, 54. 7; 3, 63, 13. 69. 3; 4, 67, 6. 69. 6; 7, 15, 3; 8, 15, 3; 9, 5, 2. 6, 8. 42. 3; 10, 31, 13; 11, 29, 2; 15, 10, 7; 16, 30, 5. 32, 5; 18, 23, 4; 30, 5, 8; 38, 9, 4; item Diod. 2, 15. Priores dixerunt: ἀπογιγνώσκειν (Lys. 7, 81) aut ἀπονοεῖσθαι (Xen. Hell. 6, 4, 23) etc.

Ἐκχωρεῖν eundem habet sensum, quem: decedere = mori (vid. Cic. Att. 1, 6; e vita decedere Reip 2, 14 fin.; Caes. B. G. 6, 19, 13; Liv. 1, 34; 9, 17). Cf. Pol. 7, 2, 1; 22, 8, 10; ἐκ τοῦ ζῆν 2, 21, 2.

Διεστάναι (semper tempus perfectum) pro ἀπέχειν eadem notione, qua: distare legitur 3, 6, 6; 5, 44, 5. 8. 52, 8; 16, 5, 8; 21, 27, 2; fr. 197. Contra cf Xen. Cyr. 3, 3, 28 (ἀπέχειν) aut Xen. An. 1, 7, 15 (διαλείπειν); item Pol. 5, 56, 3.

Συγκινεῖν idem valet, quod: commovere 15, 17, 1; item Luc. Apol. 5; Longin. 29, 2. Contra cf. Thuc. 5, 25; Pol. 2, 59, 8.

Περίτομος 1, 56, 4 (ὄρος περίτομον) Romanorum: circumcisus esse videtur velut ap. Cic. Verr. 4, 517; Caes. B. G. 7, 36 (collis c.); item Dion. H. Ant. 5, 19. Contra cf. Hdt. 1, 84 (ἀπότομος) et 8, 53 (ἀπόκρημνος); item Thuc. 4, 31; 6, 96; Xen. Oec. 8, 4; 10, 21; 12, 4; cf. etiam Pol. 5, 59, 6; 10, 48, 5.

Num εἰς γνῶσίν τινος ἔρχεσθαι 6, 9, 12 (in cognitionem alicuius rei venire velut ap. Quint. Inst. 7, 2, 20), προσεμβάλλειν τινὶ κατελπισμόν 3, 82, 8 (spem inicere alicui: Cic. Att. 3, 22, 1 et al.), εἰς μνήμην ἄγειν 2, 35, 5. 7 (in memoriam reducere: Cic. Inv. 1, 52 etc.), ποταμὸς φέρεται 3, 47, 3 et persaep. pro ῥεῖ (flumen fertur: Caes. B. G. 4, 10, 3; 8, 40, 3; mult. al.), καιροῦ δοθέντος 2, 8, 6 (tempore dato: Nep. et Tac.; occasione data: Cic.

Phil. 7. 6) putandi sint Latinismi. magis dubium esse videtur, quam num e linguae Latinae usu profectum sit: ὑπὸ (sic!) λιμοῦ συναγομένους ἐσθίειν ἀλλήλων 1, 84. 9 (cf. Stich. p. 147) aut: ὑπὸ τῆς ἐλπίδος ἀγόμενοι διπλασίως παρωξύνοντο 2, 29, 9.

Restat. ut afferam:

Ὅμοιος καὶ ὁ αὐτός 6, 45, 1, quod nihil aliud sibi vult, quam: par atque idem velut ap. Cic. Mur. 9.

Denique de collocatione vocabuli χάριν pauca dicam.

Cum apud Atticos perpauci inveniantur loci [1], quibus χάριν genetivo, quem regit. anteponitur, Polybius exemplum Terenti, qui gratiâ cum genetivo pariter usurpavit. secutus centies genetivo illud anteposuit. septuagies sexies postposuit.

---

[1] Cf. Kuehner. Gr. § 430 adn.

Pars II.

De observationibus, quae attinent ad syntaxim.

De hoc quidem capite etsi tam multum[1]) disputatum est, ut aliquid novi afferre difficillimum esse mihi videatur, tamen, quae pauca mihi Polybi historiarum libros legenti memoratu digna sunt visa, hac dissertationis meae particula expositurus sum.

Primum autem commemorabo eas res, quae spectant ad casus genetivum, accusativum, dativum.

Sequitur casus genetivus.

Polybium in verborum structura plurima novavisse iam docuit Stichius [2]).

Hoc loco placet addere verbum σκήπτεσθαι, quod solus Polybius isque uno loco (28, 8, 6) cum genetivo infinitivi coniunxit: ἐσκήπτετο δὲ τοῦ μὴ παραχρῆμα συγκατατίθεσθαι κτλ.; contra cf. 29, 17, 5: σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν; item Plut. Camill. 39; Pol. 39, 12, 11: σκηψάμενος ἀσθένειαν; cf. etiam Hdt. 7, 28 τό cum seq. inf.; Demosth. σκήπτεσθαι τῷ νομίζειν.

Jam afferam: παρὰ μικρὸν ἔρχεσθαι[3]).

Ut Polybius παρ᾽ ὀλίγον ἔρχεσθαι cum genetivo infinitivi coniungere non dubitat velut 2, 55, 4: 33, 3, 1 (contra cf. 33, 1, 4), ita etiam παρὰ μικρὸν ἔρχεσθαι τοῦ cum inf. seq. (11, 7, 1) ponit, cum scriptores Attici infinitivum solum adhibuerint, velut Isocr. p. 367 B; Eur. Heracl. 295; cf. etiam Pol. 1, 43, 7; 12, 20, 7; Luc. Tox. 61.

[1]) Cf. Stich. p. 151 ss.; Kaelker. p. 261 ss.

[2]) Cf. Stich. p. 151.

[3]) Cf. Kaelker. p. 254 et 302.

Jam pauca dicam de verborum quorundam participii[1]) genetivo.

Polybius verborum personalium impersonaliter usurpatorum semper adhibet genetivum participii, nunquam accusativum, cum verborum impersonalium semper participii accusativo utatur velut προσαγγελθέντος 2, 5, 6. 70, 1; 9, 7, 7; ἐξαγγελθέντος 10, 28, 6; διασαφηθέντος 3, 41, 8; προσπεσόντος 1, 36, 8. 60, 1; 2, 54, 10; 3. 40. 2. 14; 5, 46. 5. 55. 4. 62, 4; 7, 3, 7; 10, 42. 1; 28, 12, 8; προσπεπτωκότος 3. 112. 6; δόξαντος[2]) 2, 26, 7.

Contra compositorum verbi esse adhibet accusativum; cf. παρόν 4, 27, 4; ὥσπερ ὑπάρχον 2, 61, 3.

Genetivi absoluti[3]) etiam sunt quodammodo: τοῦ μὴ δοκεῖν 5, 102, 6; τοῦ μὴ δόξαι 9, 36, 1, ubi ἕως (contra Stich. p. 210) glossema eiciendum est; τοῦ μὴ διαμαρτάνειν 5, 31, 3; τοῦ μὴ γενέσθαι 7, 16, 7; τοῦ μηδὲν ἀπόρημα καταλιπεῖν 1, 12, 6. Ab his diversi sunt loci: 2, 34, 1; 3, 96, 12; 4, 11, 4; 5, 62, 7.

Nonnunquam Polybius adhibet genetivum, ubi Attici accusativum temporis[4]) scripserunt, velut τριμήνου μισθοδοθῆναι 5, 1, 11; σιτομετρῆσαί τε τὴν δύναμιν τριμήνου 15, 18, 6; διμήνου τὰς δυνάμεις ὠψωνίασεν 15, 25, 11; contra cf. 1, 38, 6: συντέλειαν ἐν τριμήνῳ λαβόντων; item ἐν διμήνῳ saep.; cf. etiam 2, 41, 3 et 12, 26, 1.

Idem valet de verbo γέγονα sive γεγονώς, quo scriptor ad aetatem alicuius significandam interdum cum casu genetivo pro accusativo coniuncto utitur velut 37, 2, 3; ὀκτωκαίδεκα γεγονὼς ἐτῶν μετήλλαξε τὸν βίον; 37, 10, 2; cf. etiam Pol. 37. 10, 11: Μασσανάσσην δ᾽ ἱστορεῖ Πολύβιος ἐνενήκοντα μὲν ἐτῶν ἀποθανεῖν; item Plut. Mor. p. 791 E; Diog. L. 1, 45.

Eodem sensu, quo γέγονα, dicit Polybius etiam ἔχω velut 10, 6, 10: ἔτος γὰρ ἕβδομον ἔχων πρὸς[5]) τοῖς εἴκοσιν; item 22, 6, 7; 23, 12, 1; 30. 22. 2; cf. Plut. Cim. 9; Chron. Pasch. p. 604, 17.

---

1) Contra cf. Atticorum usum ap. Kuehner. Gr. § 486 adn. 2 et § 487.

2) Verbum δοκεῖν iam multo ante Polybi aetatem personaliter adhibitum est.

3) Qui haud facile aliter interpretandi sunt nisi vocabulis χάριν vel ἕνεκα non positis; cf. 6, 52, 11; 8, 26, 6; persaep.

4) De accusativo temporis cf. Kuehner. Gr. § 410, 5.

5) De hac re cf. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 238 et hui. dissert. p. 35 init.

Πολλῶν χρόνων in hoc capite non est reponendum[1]). Nam Polybius omnibus locis, quibus per hiatum (de hiatu cf. Benselerum) licuit, ἐκ πολλῶν χρόνων aut ἐκ πολλοῦ χρόνου dixit.

Sunt autem loci: 4, 17, 4; 38, 7, 8; item 1, 68, 9 (ἐκ πλείονος χρόνου); 2, 69, 11; 2, 3, 3, quippe cum scriptor elisionem in particula δέ adamare videatur.

Πολλῶν χρόνων aut πολλοῦ χρόνου solum posuit hiatus evitandi causa velut 3, 85, 9. 90, 7; 11, 18, 9.

Denique liceat mihi duorum verborum mentionem facere, quibus Attici cum genetivo coniunctis utebantur, dico κοινωνεῖν et μεταδιδόναι.

Κοινωνεῖν περί τινος cum hac structura et significatione: conscius sum alicuius rei legitur apud unum Polybium 31, 27, 6: κεκοινωνηκέναι περὶ τῆς ἀποστάσεως καὶ Πτολεμαῖον τὸν Συμπετῆσιν; item μεταδιδόναι τινὶ περί τινος, id est: delibero cum aliquo de aliqua re 31, 19, 6. 20, 2. 21, 7; 38, 2, 1; cf. ὑπέρ τινος 29, 27, 4.

Venio nunc ad casum accusativum.

De hoc casu nihil novi afferre possum, nisi: ἐντρέπεσθαί τι, id est: revereor, veneror aliquid, quod nemo scriptor ante Polybium dixit; cf. τὶ: 2, 49, 7; 21, 48, 6; 33, 16, 3; τινά: 9, 36, 10; 30, 9, 2; item Diod. Exc. p. 596, 83; Plut. Inst. Lac. 253 C et 337 D. Neque vero casum genetivum, quem scriptores Attici ponere solebant, velut Xen. H. Gr. 2, 3, 33; Plat. Crit. p. 52 C; Phaedr. p. 254 A, repudiat Polybius velut 9, 31, 6.

Relinquitur, ut pauca dicam de dativo cum passivo genere coniuncto[2]).

Hac structura et usurpatione praepositionis ὑπό cum passivo coniunctae Polybius a scriptoribus Atticis adeo differt, ut loci, quibus, si agitur de rebus, non de personis, dativum usurpat, iis locis, quibus utitur praepositione ὑπό genetivo addita, quasi obscurentur et obruantur[3]). Cum enim praepositionem ὑπό cum genetivo coniunctam ad centies decies adhibeat, casu dativo rarissime utitur velut 9, 27, 4. 6; 10, 27, 3; 16, 2, 8; 31, 18, 2.

---

1) Contra cf. Stich. p. 152 fin. et Kaelker. p. 255.

2) Cf. Kuehner. Gr. §§ 378, 11; 432 c; 442 b.

3) Cf. Kaelker. p. 279.

Jam transeamus ad res, quae spectant ad participium.

Quo participii praepositi vis facilius intellegatur, Polybius haud raro sequentis enuntiati primarii initium facit ab adverbiis ἐνταῦθα, εἶτα, ἔπειτα, τότε, τότε δή, τότ' ἤδη, εὐθὺς οὕτω(ς), οὕτω δή, οὕτως ἤδη, ὧδε, sicut nonnunquam scriptores Attici, a quibus Kuehnerus [1]) pauca exempla petiit.

Sed intermisit grammaticus doctus afferre Polybianum illud: μετὰ ταῦτα pariter usurpatum. Loci autem sunt hi: 1, 6, 4 γενόμενοι δ' ἐγκρατεῖς ἁπάντων τῶν Λατίνων διά τε τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἐν ταῖς μάχαις ἐπιτυχίαν, μετὰ ταῦτ' ἐπολέμουν Τυρρηνοῖς; item 1, 47, 7; 3, 19, 4; 4, 73, 3; 5, 24, 9. 62, 1; 6, 57, 5; 8, 11, 2. 18, 1. 20, 4. 35, 10; 9, 15, 11; 12, 25 k, 4; 20. 4. 4; 21. 24, 6. Non hic numerandi sunt loci plerique, quales: 1. 7. 4. 59, 8; 5. 87. 6.

Contra [2]) ea dicit quoque Polybius 12. 25. 7: λέγει ταῦτα, διότι; 17, 18, 1 τοῦτο δὲ σαφῶς εἰδώς, ὅτι.

Placet, cum pronominis οὗτος, αὕτη, τοῦτο in mentionem inciderim, pauca de hoc pronomine nunc exponere.

Ut ipsi Attici etsi rarissime pronomine οὗτος usi sunt ita [3]), ut vel subiectum vel praecedentem rem obiectam illo repeterent, velut Thuc. 5, 36; Xen. Hier. 1, 17; Comm. 1, 2, 24, sic Polybius eorum persaepe secutus est exemplum velut 3, 21, 2: τὰς γὰρ ἐπὶ Λουτατίου γενομένας συνθήκας ἐν τῷ πολέμῳ τῷ περὶ Σικελίας, ταύτας ἔφασαν ἤδη συνωμολογημένας κτλ.; 6, 31. 2. 56, 7; 9, 12, 7; 30, 13. 2; cf. etiam 4, 20, 3. 44, 1 et 6, 15, 8; 8, 3, 4; 10, 28, 6; 11. 9. 2; 12, 26 a, 3; 16, 18, 8; 21, 21. 2; 24. 7, 3; 28. 6. 6; 30, 4, 16, ita quidem, ut eo pronomine sententiam quoque praecedentem significare non dubitaret. Cf. hos locos: 6, 13. 7; 9, 12. 4; 11, 2, 2. 4, 1. 6, 2; 12, 14, 4. 15, 5 aut: 2, 61, 4; 11, 2, 3; 16. 18, 10.

Restat, ut verba faciamus de particula ὡς ἄν ad participium addita et de enuntiatis ellipticis: τὸ δὲ δεινότατον, τὸ δ' ἔσχατον, τὸ δὲ μέγιστον.

Praeterquam quod Polybius solus ὡς ἄν pro ὡς cum sensu adverbii Latini „circiter" adhibuit velut 1, 46, 3. 67, 13: ὡς ἂν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια, hac particula cum participio con-

---

[1]) Gr. § 486 adn. 5.

[2]) Cf. Stich. p. 210.

[3]) Vid. Kuehner. Gr. § 469, 4.

iuncta quadraginta fere quattuor locis etiam significavit rem miram non esse, cum hoc illudve esset aut fuisset[1]).

Exempla sunt: 1, 48, 5. 56, 9; 2, 28, 9; 3, 72, 5; 4, 71, 10; 5, 14, 11; 6, 26, 4; 9, 44, 2; 20, 9, 11; 32, 7, 8. Neque tamen Atticorum illud ἅτε eodem sensu eademque structura vitavit; cf. 1, 49, 5; 14, 9, 5; 18, 18, 13; 31, 21, 8; 33, 11, 6.

Ut autem causam ex sententia alicuius profectam significaret, Polybius usus est particula ὡς participio addita. Ad hanc rem illustrandam cf. 1. 78, 15. 88, 9; 2. 68, 7; 4, 10, 4; 6, 41, 5; 14, 6. 10; 23, 1, 12; 31, 27, 3; 37, 2, 5; 38, 4, 14; 39, 10, 2.

Quae particula a Polybio simul cum Arist. Aγ. 3. 72 b 9; ακ. 803 b 5; ακ 804 b 25 adhibita est etiam ad dicendum idem, quod Latine significatur particula: quasi velut 2, 22, 8; 3, 41, 3; 5, 48, 7. 110, 6; 14, 2, 4; 16, 11, 4; 23, 3, 8; 35, 2, 14; 39, 12, 12.

Enuntiata elliptica: τὸ δὲ μέγιστον, τὸ δὲ δεινότατον, τὸ δ᾽ ἔσχατον a Polybio nonnunquam cum participio aut cum infinitivo coniuncta esse quod commemoremus, dignum esse nobis videtur. Cf. 18, 5, 5: τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους Ῥωμαίοις καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν Μακεδόνας ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος; 35, 4, 6: τὸ δὲ μέγιστον τοὺς νέους διακλίνειν τὰς καταγραφάς. Attamen Atticorum quoque more (cf. Thuc. 1, 142; 2, 51) posuit indicativum velut 1, 82, 8; 5, 12, 4; 6, 31, 4 aut optativum cum particula ἂν coniunctum velut 1, 65, 8.

Jam transeamus ad observationes quasdam inter se non coniunctas.

Primo loco quin scribamus de adiectivis verbalibus, facere non possumus.

Cum enim scriptores Attici adiectiva verbalia ab iis verbis, quae regunt casum accusativum, derivata et in τέος cadentia, et personali structura et impersonali tractaverint[2]), velut Xen. M. Socr. 3, 6, 3: ὠφελητέα σοι ἡ πόλις ἐστίν aut An. 6, 4, 12: τὴν πορείαν, ὡς ἔοικε, πεζῇ ποιητέον; Soph. Ant. 678, Polybius constanter, id est: sexagies quinquies

---

[1]) Longe alia ratione est locus ap. Dem. 21, 14 p. 519: κρότον τοιοῦτον ὡς ἂν ἐπαινοῦντες ἐποιήσατε, id est: ὡς ἂν ἐποιήσατε ἐπαινοῦντες.

[2]) Cf. Kuehner. Gr. § 427.

structura impersonali utitur. Exempla autem sunt: 1, 37, 3: ἧς τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως εἰς τὴν τύχην, ὡς εἰς τοὺς ἡγεμόνας ἐπανοιστέον; 1, 64, 6. 81, 10; 3, 10, 4. 6. 21, 7; 4, 42, 5; 5, 21, 4; 6, 3, 7. 9; 9. 13, 8; 10, 47, 11; 12. 8, 1; 18, 13, 4. 45, 9; 23. 12, 5; 35. 2. 10.

Nihilo secius unus locus invenitur ap. Polybium diversus a ceteris 3, 36, 5: ὑποδεικτέος ἂν εἴη τρόπος.

At cum ex ceteris locis omnibus Polybium constanter vitavisse personalem structuram appareat, hanc falsam lectionem [1]) sine dubio scriptoris inconstantiae tribuendam esse arbitror.

Quum res sic se habeat, cur Polybius a personali structura abhorruerit, quaerere haud alienum a re esse mihi videtur.

Qua in re equidem censeo Polybium linguae Latinae usum, qui tum erat, imitatum esse. Nam Polybi temporibus Romanos dixisse: oppugnandum est Athenas et alii velut Draegerus (hist. Synt.) et Woelfflinus, magister maxime honorandus, in scholis de linguae Latinae grammatica historica habitis exposuit.

Non minoris momenti esse puto Polybium saepius hendiadyn [2]) quandam adhibuisse.

Loci autem praecipui sunt:

ὑπεροχὴ καὶ δυναστεία 6, 9, 4. 57, 5; contra cf. ὑπεροχὴ τῆς δυναστείας 1, 2, 7 et 5, 45, 1;

τὰς δὲ δυνάμεις καὶ Πύρρον ἐκβαλόντες 1, 6, 7 (Pyrrhi copias);

ὁ γὰρ Φιλῖνος ἀρχόμενος ἅμα τῶν πραγμάτων καὶ τῆς δευτέρας βύβλου 1, 15, 1 (res secundi libri);

συγχωρεῖν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις εἶναι ψευδεῖς 1, 55, 11 (collocatione inversa); contra cf. 18, 29, 2: κατὰ μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν;

οὐ δυνάμενοι τὸ βάρος οὐδὲ τὴν ἔφοδον οἱ πολέμιοι μεῖναι 1, 74, 5 (vehemens impetus); contra vid. 1, 31, 6. 51, 6. 67, 1; 2, 68, 9;

τὸ παράδοξον καὶ ἡ τόλμη 2, 3, 3 (subita audacia); contra cf. 1. 1. 4; 3, 4, 13;

ἔντευξις καὶ σύστασις 1, 78, 2; cf. 1, 1, 4; 9, 1, 3 (sane alio sensu);

τόλμη καὶ πρᾶξις 5, 81 1 (facinus audax);

εἰς ἐπίστασιν καὶ δάκρυα τοὺς Ἕλληνας ἀγαγεῖν 2, 56, 6 (initium lacrimandi); saepius enim apud Polybium substantivum ἐπίστασις significat: initium velut 1, 12, 6; 2, 40, 3;

---

[1]) De eiusmodi erroribus cf. Kaelker. p. 239.

[2]) Cf. Stich. p. 209.

ἀρίστην ἡγούμενοι τὴν ἐξ' ἀμφοῖν ἐπίστασιν καὶ θέαν[1]) 3, 1, 7: duplex initium contemplationis contra Luettgium, qui p. 11 ἐπίστασις hoc loco nostro vertit substantivis: attentio, animadversio, diligentia. Nam Polybius duplex facit initium contemplandi. Res universas iam initiis libri I. significavit et definivit; item ab singulis quoque rebus exordium sumpturus est, cum et bellum sociale et secundum bellum Punicum bellumque de Coelisyria gestum describat. Ipse enim dicit 3, 1, 8 s.: τὴν μὲν οὖν καθόλου τῆς ὑποθέσεως ἔκφασιν καὶ τὴν περιγραφὴν ἤδη δεδηλώκαμεν· τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ γεγονότων ἀρχὰς μὲν εἶναι συμβαίνει τοὺς προειρημένους πολέμους;

ἀλλοίωσις καὶ μέθη 3, 81 5 (mutatio ebrietate effecta);

εἰς παραπλήσιον γὰρ αὐτοὺς ἀγῶνα καὶ καιρὸν τὴν τύχην συγκεκληκέναι 3, 63, 3 (colloc. inversa: necessitas pugnandi); contra cf. 5, 98, 5; 18, 30, 7; saep.;

ὁρμὴ καὶ πλεονεξία 4, 3, 5 (cupiditas praedandi); contra cf. 3, 81, 6; 32, 15. 7;

διαπρεσβεῖαι καὶ ἐντεύξεις 5, 67, 11 (colloc. inversa: legatorum colloquia); ἔντευξις substantivum idem esse, quod colloquium. resp. 2, 8, 6 et saepe;

ἀλογία καὶ μέμψις 5, 107, 7 idem, quod ἀλογία μέμψεως est; cf. 1, 10, 3. 11, 1; 18, 54, 5;

πάντας εἰς ἀληθινὴν ἄσκησιν καὶ ζῆλον ἐπιτευκτικὸν ἐμβιβάζειν 10, 22, 7 (studium exercitationis sive exercitandi);

ἡ διήγησις καὶ αἱ πράξεις 3, 3, 7 (enarratio rerum gestarum);

τερατεῖαι καὶ διασκευαί 15, 33, 13 (colloc. inversa: exornatio rerum mirarum); contra cf. Philostr. V. Soph. 2 p. 590;

χρόνος καὶ πόνος 29, 17, 4 (pugnandi tempus); cf. etiam 1, 30, 5.

Huc etiam conferendi sunt illi loci, quibus, ut ex verbo modus infinitivus aut participium pendeat, tantum abest, ut contra duo verba particula καί coniuncta sint.

Sunt autem:

κατατολμῶντες καὶ πλέοντες 1, 47, 10 (navigare conantes); contra cf. 3, 103, 5; Maccab. 2, 3, 24. 5, 15;

[1]) Iniuria Stich. p. 209 contendit haec vocabula ita coniuncta eandem vim habere. Nam ἐπίστασις significat hoc loco: initium (interdum sane etiam: contemplatio velut 6, 9, 12) et θέα est: contemplatio.

ἐξαδυνατοῦντες καὶ περικακοῦντες 1, 58, 5 (qui non possunt labores (diutius) perferre); contra cf. Theophr. C. Pl. 1. 103 p. 53 D et Pol. 3, 84, 11; 5. 48, 3. 60, 2; 8, 36. 7; 29. 8. 8. 24, 8;

κἂν ὅλως πολεμήσωσι καὶ μείνωσιν 5, 41. 9 (audere resistere); contra cf. locos, quales 5, 66 7 et Aeschin. p. 73, 15;

συνυποκριθεὶς καὶ μεταπεσών 5. 49. 7 (simulans se de sua sententia esse deductum); contra cf. 3, 52, 6 et 5, 102, 6;

καταρξαμένου καὶ λέγοντος[1]) 5, 49, 1.

ἠπείγοντο καὶ διεσάφουν 15, 19, 1 (festinabant nuntiare); contra cf. Dem. p. 867, 4 et saep.

Nunc transeat oratio ad Polybianum illud: οὐχ (μή) οἷον — ἀλλὰ καί (οὐδέ, τοὐναντίον, τὸ δ' ἐναντίον etc.).

Elocutionis Polybianae proprium est Atticorum illud: οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καί (Dem. 53, 13), μὴ ὅπως — ἀλλ' οὐδὲ (Xen. Cyr. 1, 3, 10) omnino evitare eiusque loco semper, id est: quadragies sexies ponere: οὐχ (μὴ) οἷον — ἀλλὰ καί (τοὐναντίον, τὸ δ' ἐναντίον, οὐδέ etc.), quod Kuehnerus[2]) plane neglexit velut 1, 20, 12. 67, 1; 3, 47, 9; 5, 61, 4; 23, 11, 8; 31, 5, 2. Contra dicit: οὐδέ — μή τι 12, 8, 6 et Atticorum more: οὐ μόνον — ἀλλά (δέ) velut 30, 4, 12; cf. etiam Schol. Ar. Ran. 757; Phryn. Ecl. p. 372.

Quamobrem fieri non potest, ut Polybius 1, 26, 9 οὐχ οἷον — ἀλλὰ καί eodem sensu, quo Romani dixerunt: non solum — sed etiam adhibuerit. sed nos quidem sine ulla dubitatione scribimus οὐ μόνον — ἀλλὰ καί.

Hoc loco de asyndetis quaedam exponere placeat.

Haud facile rerum scriptorem vel prorsus scriptorem Graecorum invenias, apud quem tot asyndeta et[3]) quattuor partium (cf. 3, 36, 6; 6, 5, 8. 13, 4; 11, 19, 4. 25, 2; 12, 8, 2; 14, 5, 12; 16, 7, 1. 8, 9; 18, 38, 3. 44, 4; 28, 6, 2[4]) et 8; 36, 4, 3; al.) et quinque (cf. 5, 48, 9; 16, 34, 9; 18, 45, 5; 36, 3, 8) et sex (cf. 29, 12, 8) et septem (5, 13, 3) et octo (18, 46, 5) leguntur, quot apud Polybium.

---

[1]) Post κ. κ. λέγοντος non λέγειν supplendum est, quod Henricus Stephanus p. 1216 et Schweighaeuserus suspicati sunt, sed est structura Polybi propria.

[2]) Cf. Gr. § 525.

[3]) Contra Wunderer. coniectur. Polyb. p. 22.

[4]) Cf. huius dissert. p. 33 med.

Quorum omnium primum locum numero obtinent asyndeta trimembria[1]).

Cum enim haec inveniantur ad quinquaginta, cetera vix viginti quinque ad summam erunt. Neque abstinet Polybius ab asyndeto bimembri[2]) velut 3, 24, 2: Μαστία Ταρσήιον (nomina duarum urbium). Ad hanc rem cf. Xen. An. 5, 4, 2: δόρατα παχέα μακρά; cf. etiam Pol. 5, 51, 3 (πῶς πόθεν), ubi contra C καί delendum est; 9, 31, 6: ἀνασκευάζειν μέλλετε συνθήκας, ὅρκους, τὰς μεγίστας πίστεις παρ᾽ ἀνθρώποις, quod unum solumque Wundererus p. 23 mirum in modum deprehendit; 12, 15, 2; contra cf. etiam 4, 27, 8. 40, 5: οὐδαμῶς οὐδαμῇ et πάντῃ πάντως.

Nec nobis omittenda sunt asyndeta, qualia 28, 6, 2: Ἀρκεσίλαος Ἀρίστων Μεγαλοπολῖται et 29, 25, 6, quae ipsa per se bimembria intellegenda sunt, quippe cum Μεγαλοπολῖται nihil aliud sit nisi appositum.

Priusquam orationem ad res minoris ponderis deducimus, pauca exponemus de coniunctionibus ὅτι et ὡς[3]) et μή.

Polybius scriptoribus Atticis multo liberius adhibuit coniunctionem ὅτι.

Nam etsi Attici interdum dixerunt: νομίζειν, ὅτι (Thuc. 3, 88) vel ἐλπίζειν, ὡς (Thuc. 5, 9; Eur. El. 919); ὅπως (Eur. Heracl. 1051) vel ὑπολαμβάνειν, ὅτι (Plat. Phaed. 877 C), Polybius et ipse non dubitavit dicere: πιστεύειν, ὅτι (2, 39, 9; 4, 10, 1; 29, 12, 6); διότι[4]) (16, 12, 3; 18, 34, 7; 23, 2, 9); ἐλπίζειν, ὅτι cum indicat. fut. 3, 63, 7; cf. etiam 10, 8, 4; Act. Ap. 24, 26; Euseb. H. E. 1, 1 p. 3, 14; cum praes. Ev. Luc. 24, 21.

Quodsi eiusmodi Graecorum quoque contentionem orationis explanatae consideramus, forsitan recte opinemur posteriores Romanorum scriptores ut dicerent: denuntiare, quod (cf. bell.

[1]) Aliena a Polybi sermone est lectio 23, 8, 4: Ὀδρύσας, Βέσσους καὶ Δενθηλήτους, quippe cum scriptor aut omnia membra aut nullum particula καί coniungat. Quamobrem nos quidem delemus καί et restituimus asyndeton trimembre.

[2]) Hic non numerem 1, 84, 6: πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου σρατιωτικῆς, sed malim scribere: π. ἔ. δ. ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις ἀπειρίας ἀλόγου καὶ τριβῆς στρατιωτικῆς.

[3]) Cf. Kuehner. Gr. § 550 adn. 1; cf. etiam B. Wobst. in Fleckeisen. annal. vol. 129, 17 contra Kaelker. p. 244.

[4]) De coniunctionibus ὅτι et διότι cf. Kaelker. p. 243.

Hispan.) multaque alia a priorum elocutione abhorrentia litterarum Graecorum studio commotos esse.

Coniunctionem μή ex verbis interrogandi aptam ab Atticis alienam esse ipse Kuehnerus[1]) docuit. Polybius autem princeps fuit ad hanc structuram: διερωτᾶν, μή 5. 59. 12; cf. etiam 29. 9. 1; item Plut. Arist. 7; Cleom. 22, 3; saep.

Denique paucas res exiguas addamus prioribus.

Polybius ante consonantes constanter dicit: ὅσον οὔπω; cf. 1, 17, 13. 31; 4; 2, 52, 7. 69, 6; 3, 111, 10. 118, 5; 5, 31, 2. 110, 4; 6, 58, 7; 11, 31, 8; 23, 7, 3; 25, 5, 5; 28, 17, 7; 29, 27, 11; ante vocales: ὅσον οὐκ (οὐχ) velut 2, 41, 15; 14, 6, 8, cum semper posuerit: μόνον οὐ[2]) ante consonantes velut 2, 13, 5; 3, 102, 4. 109, 2; 5, 34, 3; 12, 7, 5; 15, 1, 11. 28, 2; μόνον οὐκ (οὐχ) ante vocales velut 5, 35, 2; 12, 36a, 1.

Locus 3, 64, 4: πολλάκις μὲν ὑπ᾽ αὐτῶν ἡττημένοι, πολλοὺς δ᾽ ἐξενηνοχότες φόρους, μόνον δ᾽ οὐχὶ δουλεύοντες αὐτοῖς, quod adverbium οὐχί Polybius nusquam usurpavit. Quamobrem nos quidem delemus οὐχί et scribimus οὐ καί, quod neque a sensu neque a palaeographia discrepat. Item contra usum elocutionis Polybianae est μόνον οὐχὶ οὐ, quod 3, 64, 5 P. La-Rochius (Charakteristik des Polybius 1857 p. 64) coniecit. Hoc loco nos sequimur lectionem Be: ἔχωμεν ἐπὶ ποσὸν πεῖραν, ὅτι οὐ τολμῶσι κτλ.

Haud dissimile est, quod in Polybi historiarum libris semper legimus: κατὰ πρόσωπον, nusquam: κατὰ προσώπου; cf. 1, 22, 10. 28, 9; 2, 33, 4; 3, 6, 10. 19, 7. 43, 8. 65, 6. 7. 73, 7. 83, 2. 84, 3. 11; 4, 8, 11; 5, 52, 9. 82, 3. 83, 1. 84, 3. 85, 2; 16, 26, 2; 18, 42, 7; 22, 17, 10; 30, 23, 7; 36, 1, 9, cum nullo loco scriptum sit: κατὰ νῶτον, sed constanter: κατὰ νώτου velut 1, 28, 9; 2, 34, 8; 3, 19, 7. 74, 1. 116, 8; 5, 73, 12; 11, 33, 2; 18, 26, 7; 31, 27, 10.

Cum adverbium ἀνώτερον iam ante Polybi aetatem ad tempus aliquod significandum usurpatum sit velut a Plat. Cratyl. p. 396 C, nisi quod Polybius illud pro adverbio πρότερον cum substantivo χρόνος vel καιρός interdum coniungere coepit ut 1, 7, 2; 2, 41, 3; 4, 2, 7. 50, 3; 5, 6, 1; 28, 8, 3; 29, 24, 13. 14; 30, 11, 5. 20, 3; 31, 7, 12; 32. 2, 2. 7, Polybius primus adverbium

---

1) Gr. § 589 adn. 2.

2) Cf. Wunderer. p. 18.

ἐπάνω[1]) de tempore dixit. Cf. 1, 43, 2; 4, 7, 8; 32, 20, 5; item Diod. S. 16, 42; 18, 49.

Ut Polybius variandi vel orationis adornandae causa[2]) multis artibus usus est, ita etiam scribere: ἔτος γὰρ ἕβδομον ἔχων πρὸς τοῖς εἴκοσι 10, 6, 10 (cf. 1, 5, 1. 37, 2; 2, 41, 1. 11. 71, 6; 3, 39, 6. 118, 10; 5, 111, 9; 18, 41, 8; 22, 1, 1. 2, 1; 23, 1, 1; 30, 5, 6; 39, 19, 6) vel ἑπτὰ δὲ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι τῶν περὶ τὸν Ἄτταλον 33, 13, 2 (cf. etiam 2, 24, 14; 4, 14, 9) ausus est, quod etiam[3]) in Pseudo-Demosthene ad dies mensium significandos nonnunquam invenias (cf. 18, 155 p. 279. 181 p. 288: μηνὸς ἀνθεστηριῶνος (σκιροφοριῶνος) ἕκτῃ ἐπὶ δέκα). Idem nobis occurrit in inscriptionibus velut C. I. A. 182: πυανεψιῶνος ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα; item 183; 322; al. Secutus est Polybi exemplum Diod. S. 16, 30; item Plut. Popl. 20.

Sive orationis[2]) explanandae sive variandi causa scriptor etiam pro coniunctionibus ἵνα cum coniunct. vel opt. aut ὡς cum part. fut. persaepe adhibuit

a. βουλόμενος seq. inf. velut 1, 7, 12. 9, 2. 21, 10; 3, 82, 10; 13, 7, 3; 23, 9, 11; 24, 6, 1. 8, 11; 29, 27, 9; 30, 5, 9. 18, 4; 31, 17, 3. 18, 1; 32, 21, 3; 38, 7, 6; permult. al.;

b. σπουδάζων[4]) seq. inf. velut 1, 21, 4. 36, 6; 2, 52, 9; 3, 10, 5; 27, 18, 2; 29, 19, 8; 31, 17, 2;

c. ἐντολὰς ἔχων seq. inf. plerumque cum verbis mittendi coniunctum velut 28, 16, 7; 31, 12, 11;

d. δοὺς ἐντολάς seq. inf.; cf. 29, 3, 4. 9; 31, 1, 2. 17, 3; 33, 1, 2. 9, 4; 36, 3, 7; contra cf. δοὺς ἐντολάς, ὅτι 21, 13, 3.

Variari autem illud eo magis opus fuit, quod innumerabilia, quibus oratio molesta atque otiosa[5]) fit, in Polybi sermone inveniuntur.

Praeterquam quod paene in unaquaque pagina duo vocabula particula καί coniuncta eandem fere vim habent, velut

ἀπορία καὶ δυσχρηστία 1, 28, 1; 2, 51, 6; 5, 18, 7. 26, 2. 61, 3; persaep.; ὁδηγὸς καὶ καθηγεμών 3, 48, 11; συντροφία καὶ συνήθεια 6, 5, 10;

---

1) Cf. etiam Praechter. p. 50 et 115 et 122.

2) Cf B. Wobst. ed. Praef. LXXVI et Krebsium: Die Praepositionsadverbien in der späteren historischen Graecität Heft I, part. 2; cf. etiam Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 240.

3) Cf. Kuehner. Gr. 185, 4; contra cf. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 238 med.

4) De verbo σπουδάζειν, ἵνα aut ὅπως cf. Kaelker p. 290.

5) Cf. hui. dissert. p. 2 adn. 1.

ὀλίγωρος καὶ ῥάθυμος 5. 34, 4; ἀνέλπιστος καὶ παράδοξος 20. 11. 9;

ἀγωνίζεσθαι καὶ διαμάχεσθαι 3, 104, 6; γνῶναι καὶ μαθεῖν 3, 58, 9; θαρρεῖν καὶ πιστεύειν 3, 11, 8;

εἰκῇ καὶ ἀκρίτως 18, 14, 1; εἰκῇ καὶ ἀλόγως 6, 44, 8. 56, 12; εἰκῇ καὶ παραβόλως 3, 19, 11; ἀπόρως καὶ δυσχρήστως 4, 18, 6. innumerabilibus locis verbum συμβαίνειν seq. inf. legimus.

Nec raro reperitur etiam: ὅτι δεῖ seq. inf. velut 28, 20, 9; permult. al. aut: διότι δεῖ velut 24, 12, 3. 7; 26, 8, 1; 28, 7, 1; 29, 24, 10; saep.; item: συμβαίνει γίνεσθαι 6, 18, 2. 4. 47, 1; 12, 16, 4; saep.; συνέβαινε γίνεσθαι 5, 86, 10; 6, 7, 9;18, 45, 10; 38, 8, 13 etc.; συνέβαινε γεγονέναι 5, 106, 3 et al.; συνέβη γενέσθαι 1, 67, 7; 3, 11, 3; 4, 2, 10. 11; 5, 13, 3. 105, 6; 13, 2. 2; 15, 4, 4; 32, 25, 6. 10; persaep.; συνέβη γεγονέναι 9, 28, 1 et saep.

Certe perspicuitatis et explanationis causa Polybius, etsi verbum dicendi iam antecessit, tamen ei addidit participium φάσκων, velut 22, 3, 3. 9, 3; 31, 6, 2. 7, 3. 18, 2; 32, 6, 7. 7, 2; 33, 6, 3; 36, 1, 5; 39, 1, 1; permult. aut φήσας, sicut 27, 7, 16; 28, 4, 9; 30, 20, 10; 38, 9, 5; multo rarius λέγων, ὅτι (cf. 23, 11, 4).

Antequam de verborum collocatione scribam, reliquum est, ut de vocabulis τὶς et ἔνιοι et de praepositionis μεταξύ collocatione pauca dicam.

Vocabula τὶς et ἔνιοι ita usurpantur a Polybio, ut adiectivum numerale ἔνιοι rarissime coniungatur eodem casu cum iis substantivis, quae non personas significant, sed res. Ceterorum substantivorum regit genetivum partitivum, cum pronomen τὶς et pro substantivo et pro adiectivo pariter adhibeatur.

Exempla sunt: 6, 11, 3. 37, 13; 8, 9, 7; 9, 23, 4; 16, 12, 7. 9; 12, 25e, 5; 2, 69, 10; 4, 79, 2. 81, 7; 5, 24, 12; 15, 33, 11.

Polybius ut μεταξύ[1]) a genetivo, quem regit, semoveret, vocabulum τόπος aut κεῖσθαι, semel (15, 12, 3) χωρίον et bis (3, 37, 4; 8, 15, 4) διάστημα interiecit. Cf. hos fere locos: 1, 19. 8; 2, 52, 5; 5, 22, 6; 15, 14, 1; 20, 11, 4; 21, 39, 2 aut: 1, 44, 2; 2, 34, 4; 3, 1, 5. 93, 5; 5, 44, 4. 59, 5; 15, 7, 8; 16, 12, 1. 17, 4; praeterea cf. 1, 37, 4.

---

[1]) De collocat. praepositionum cf. Kuehner. Gr. § 452, 2 et adn. 4 et 5 omisso μεταξύ.

Nonnunquam praepositionem in medio genetivorum, quos regit, posuit: 3, 27, 2; 29, 13, 2 aut genetivo postposuit velut 1, 56, 3; 3, 37, 4; 5, 44, 11. 82, 4; item 5, 84, 9: τῶν ἐλεφάντων ἐντός; cf. etiam 3, 24, 2 et 5, 85, 3; contra cf. 28, 21, 3.

Nunc accedamus ad verborum collocationem.

Inprimis quibus artibus quattuor potissimum usus sit Polybius, ut usitatam verborum regentium collocationem evitaret, exponere mihi liceat.

Primum Polybius ad sexcenties septuagies subiectum in enuntiati fine posuit.

Deinde ad ducenties vicies vocabulum a genetivo, quem regit, interiecto verbo semovit.

Tum verbum inter substantivum et articulum vel attributum plus septingenties collocavit.

Denique persaepe eum casum, quem verbum regit, in fine enuntiati posuit.

Quodsi causam quaerimus, cur Polybius tam inusitatam verborum collocationem praetulerit, Kaelkerus (p. 259) respondere conatur, cum dicat: „in collocatione verborum permulta poterunt inveniri, quae eodem modo (dixerat enim de hiatu a Polybio evitato) explicanda sunt."

At haec lex si valet, certe plus dimidio locorum ea comprobanda est. Atqui equidem inveni inde ab initio historiarum librorum ipso, quo Polybi studium verborum collocatione hiatum evitandi inprimis elucere debebat, vix locorum parte tertia eiusmodi Polybi consilium detegi posse. Ergo illam legem scriptorem servasse nullo modo contendere possumus.

Ego quidem potius censeam Polybium nisi coactum verba regentia non posuisse in fine enuntiati.

Qua in re num ratione certa ductus sit, dubitari potest. Certe in Demosthenis vestigiis, qui numeros quosdam in enuntiati fine appetebat, non institit.

Superest, ut hac de re adeamus inscriptiones et Graecas et Atticas.

Sed etsi locos quosdam invenimus, quibus subiectum in fine enuntiati positum est, velut C. I. G. 74; 76; 84; 88; 102; 108, aut verbum inter adiectivum et substantivum, velut C. I. G. 96; 2270; 3068 C; C. I. A. 193; 208, tamen loci eiusmodi verborum regentium collocationis tam rari sunt, ut facile eos neglegere possimus.

Recentioris aetatis inscriptiones si respicimus velut inscriptionem Sesti[1]), quae cadit ad annum ante Christum centesimum vicesimum, Jerusalem, quam multa elocutioni Polybianae communia essent cum illius inscriptionis sermone, docuit.

Quaestioni docti illius viri haec fere addenda sunt:

κατὰ τὸ συνεχές ante Polybi aetatem inusitatum: cf. Pol. 2, 2, 7; 3, 2, 6. 32, 3; 4, 39, 7. 40, 5; 5, 18, 10. 97, 5. 105, 10; 16, 21, 1; persaep.; item cf. inscript. Sest. vers. 53;

ἐκκλίνειν[2]) etsi legitur apud Plat. Legg. 5 p. 746 C, tamen cum structura accusativi casus coniunctum eademque significatione, qua: „fugere, evitare aliquid", ante Polybium non occurrit; cf. Pol. 1, 23, 8. 34, 4; 6, 42, 2; item cf. inscr. Sest. vers. 4.

Etiam participium βουλόμενος seq. inf. pro enuntiato finali, quod persaepe ap. Pol. invenimus[3]), in Sesti inscriptione ter quaterve legitur.

Attamen verborum quoque collocationem Polybianae elocutioni communem esse cum inscriptionis Sesti sermone ut dicere audeamus, loci non tam multi sunt aut manifesti.

---

[1]) Cf. Studd. Vindobon. 1879 tom. I. p. 32 ss.

[2]) De formis ἐκκλίνειν et ἐγκλίνειν cf. Schenkelium, Burs. Jahresber. vol. 38 p. 246.

[3]) Cf. hui. dissert. p. 35.

Pars III.

vocabula[1]), quae exstant apud unum Polybium, complectens.

Antequam haec vocabula enumerem, ex re esse mihi videtur de iis vocabulis, quae Kaelkerus[2]) Polybi propria attulit, disputare paululum.

Permulta enim vocabula vir doctus Polybio soli tribuit, quamquam paene maior numerus eorum etiam apud scriptores quosdam post Polybi aetatem legitur.

E multis haec:

ἐκχαραδροῦν 4, 41, 9 (legitur etiam ap. Zonar. p. 679 et Greg. Nyss. vol. II. p. 570 B);

ἀφέτης 4, 56, 3 (ap. Ath. 6 p. 271 s.; Eust. Il. p. 1027, 45; Const. Caerim. p. 336, 10 saep.);

ἀσυρής 4, 4, 5; 18, 55, 7 (ap. Ath. 5 p. 220 D; Sirac.[3]) 23, 14);

ἀνυπονοήτως 1, 84, 9; 5, 39, 2; saep. (in Schol. Hom. Od. 4, 92);

ἀχρειοῦν 1, 14, 6. 30, 9; 3, 64, 8 etc. (ap. Basil. M. vol. II. p. 48 C; Nicet. Annal. p. 288 B; Eust. Opusc. p. 293, 80; Greg. Nyss. vol. I. p. 71 B; mult. al.);

ἀπραγεῖν 3, 70, 4; 4, 64, 7; saep. (ap. Jo. Laur. de Mag. Rom. 1, 22 p. 42, 21);

---

1) Cf. hui. dissert. p. 2 adn. 3.

2) p. 296 ss.

3) Cf. hui. dissert. p. 5 adn. 2.

διαβούλιον 3, 20, 1. 93, 2; 5, 49, 6 etc. (ap. Nicet. Chon. p. 401 B; Ps. 9. 23; Hos. 4. 9; 5. 4; 7. 2; saep.);

γραμματοφόρος 1, 79, 9 et 14; 2, 61, 4; saep. (ap. Luc. Rhet. Praec. 5; Poll. 10, 62; Eust. Op. p. 245, 62);

γυναικόθυμος[1]) 2, 8, 12 (Adv.); 32, 27, 9 (Adv.); (ap. Ptol. Tetr. p. 162, 23);

κηδεμονικός 32, 13, 12; 4, 32, 4 (Adv.) etc. (ap. Plut. Mor. p. 55 B; Galen. vol. II. p. 145, 10. Jambl. V. Pyth. p. 218 Kiessl.);

καλλίδενδρος 5, 19, 2 (in Schol. Pind. Ol. 9, 27; ap. Const. Manass. Chron. p. 5 bis.);

ψυχομαχεῖν 1, 58, 7. 59, 1 et al. (ap. Appian. Civ. 5, 37 G. D.; Athanas. vol. II. p. 292 E Hase);

ταχυπλοεῖν 3. 95, 6 (ap. Const. Manass. Chron. 4058 Boiss.; Leon. Diac. 1. 3 p. 8 D. L.);

συνορεῖν 1, 8, 1; 2, 55, 1; al. (ap. Strab. 8 p. 388; Plut. Demetr. p. 7);

συστάδην 3, 73, 8; 11, 32, 7; saep. (ap. Diod. 11, 7; D. Cass. persaep.; in Schol. Eur. Phoeniss. 755; ap. Pachym. Decl. 12 p. 233).

Venio nunc ad substantiva.[2])

Sunt autem

a. substantiva composita, quorum prior pars est praepositio, altera pars substantivum simplex:

ἀνάτηξις[3]) 9, 43, 5; διαλύτρωσις 6, 58, 11; 26, 14, 1. 3; ἐκμέτρησις 5. 98, 10; μεθάρμοσις 18, 45, 6; διορκισμός 16, 26, 6; καθοπλισμός 2, 68, 5. 9; 3. 109, 2. 110, 6. 113, 7. 114, 1. 115, 8; 4. 11, 8; 5, 23. 2. 64, 1. 3; 6. 21. 8. 25. 3; 11. 32, 7; 14. 7, 7; 15, 14, 6. 15. 6. 8; 18. 22, 5. 25, 2. 28, 1. 6. 9. 30. 5. 32, 13; 31, 3, 3; ἔγχωμα 4. 39. 9. 40, 9; πρόσπνευμα fr. 141; συναγώνισμα 10, 43, 2; ἀντενέδρα 1, 57, 3; 7, 15, 1; διαπρεσβεία 5, 67, 11. 72, 9; 26, 8, 15; διαγώγιον 4, 52, 5; ἔξιππον 31, 3, 10.

In substantivo ἀντιπαράκλησις 11, 12, 2 posterior pars est substantivum compositum.

---

1) Cf. hui. dissert. p. 44.

2) Omisi omnia vocabula, quae Kaelkerus p. 296 ss. recte enumeravit.

3) Quae vocabula hic reposita ap. Pol. semel leguntur, sunt ἅπαξ λεγόμενα.

b. substantiva composita, quorum prior pars aut substantivum aut adiectivum aut adverbium est, cum pars posterior sit substantivum simplex:

ῥινοπύλη 8, 27, 8. 10. 31, 5. 8. 32, 6; 15, 31, 10; ἡμισσάριον 2, 15, 6; ψευδεπίτροπος 15, 25, 1; παλίγκυρτος fr. 121.

c. substantiva simplicia aut composita, quae desinunt in

1. ια[1])

ἀδικοδοξία 22, 7, 7; fr. 3; ἐκθυμία 3, 115, 6; μικροδοσία 5, 90, 5: ὀλιγοπονία 16, 28, 3; πραγματοκοπία 36, 1, 11 (deest in lexicis); ὑπερωδυνία fr. 126.

2. εια[1])

δαιμονοβλάβεια 28, 9, 4; 36, 9, 16.

3. μα[1])

ἀλόγημα 9, 16, 5; 10, 33, 6; 12, 19, 7. 20, 2. 22, 1; 16, 20, 1; διάνυσμα 9, 13, 6. 14, 8. 15, 3; νυκτέρευμα 12, 4, 9.

4. μος[1])

διαζευγμός 10. 7, 1: ἐκκλησιασμός 15, 26, 9; σκυβαλισμός 30, 20, 12.

5. της, του

βαλανείτης pro βαλανεύς 30, 23, 4; ἐπικριτής 14, 3, 7.

6. τηρ

δοκιμαστήρ 24, 7, 5. 6. 7.

7. ας

δεικτηριάς 14, 11, 4.

Sequuntur adiectiva[2]) eaque

a. composita, quorum prior pars est aut α privativum aut δυς aut ευ, cum posterior sit adiectivum verbale in τος:

ἀδοξοποίητος 6, 5, 8; ἀμνησικάκητος 39, 18, 5; ἀπροσδέητος 21, 23, 4; ἀψηφοφόρητος 6, 14, 7; δυσαντοφθάλμητος 22, 11, 13: δυσκατάπληκτος 1, 67, 4; δύσκτητος 3, 32, 1: δυσπαραβοήθητος 5, 22, 7: δυσπαράγγελτος 12, 25 i, 7 (exc. Vat. p. 395); δυσχώρητος 23, 1, 13 (mihi lectio non vitiosa esse videtur sicut Henr. Stephano

[1]) Substantiva sub litt. a allata, quae pariter desinunt, propterea huc non refero, quod eorum altera pars est simplex substantivum imminutum.

[2]) Cf. Kuehner. Gr. §§ 147 β et 306, 6.

pro δυσχώριστος); εὐγεφύρωτος 3, 66. 5; εὐδιάκοπτος 3. 55, 1: εὐδιακόσμητος 8. 36. 9: εὐδιάσπαστος 18, 18, 9; εὐεπίληπτος 29, 5, 1; εὐκατακράτητος 4, 56, 9: εὐπερίκοπτος 11, 10, 3: εὐπερίοπτος fr. 105; εὐσύντριπτος 9, 19, 7.

Adiectiva verbalia sunt: ἀγκιστρωτός 6, 23, 10 et ἀπόκλητος 4, 5, 9. 20, 1; 20, 10, 11. 13; 21, 5, 2.

b. adiectiva, quorum prior pars est praepositio, pars posterior a nominibus derivata aut substantivum simplex:

ἀναδενδρίτης 34, 11, 1; ἀνάστειρος 16, 3, 8; ἀποτέλειος 10, 23, 9; 16, 36. 3. 4: ἀπόχειρος 22, 18, 8: ἐπιναύσιος 31, 22 1: παράτροφος 39, 8. 3. 5: συνεδριακός 31, 12, 12.

c. adiectiva, quae orta sunt compositione nominum aut verborum:

ἀργυροφάλαρος 31, 3, 6; φιλεπίτιμος 12, 4a, 6; φυγόπονος 39, 12, 10; ἀναισχυντογράφος 12, 13, 1; θρανογράφος 15, 25, 32.

Huc etiam referenda sunt: πανευέφοδος 4, 56, 6; τριακοντάκωπος 21, 45, 14; συαγρώδης 34, 3, 8.

d. adiectiva, quorum prior pars est aut α privativum aut δυς aut ευ, pars posterior derivata a nominibus aut a verbis compositis:

ἀφιλόπονος 12, 27a, 4; δυσδίοδος 3, 61, 3; 5, 7, 10; δυσπαράγραφος 16. 12. 10: 18. 13. 2. 15, 1: εὐδιάκοπος 3. 46. 4: εὐεπάγωγος 31, 13, 5.

e. adiectiva et a verbis et a substantivis derivata, quae desinunt in ικος:

διατριβικός 12, 25i, 5. 25k, 2; 26d, 6; συνθηματικός 8, 18, 9. 19, 4; τεχνητικός 32, 25, 1; φαλαγγιτικός 18, 28, 10.

Jam transeamus ad verba[1]).

Distinguimus

a. verba simplicia et composita et decomposita, quae a nominibus derivata sunt in

αζω et ιζω:

ἀλλοτριάζω 15, 22, 1. 25, 34; προσχλευάζω 4, 16, 4; ἐπεξορκίζω 15, 25. 11 (deest in lexicis: probanda est Hu. coniectura): προκατελπίζω 2, 4, 5: 14, 3, 1; προσενυβρίζω 4, 4, 2; προσεπισιτίζομαι 1, 29, 1; συναναχομίζω 4, 25, 8; συγκαθορμίζομαι 5, 95, 3.

---

1) Omisi pauca illa verba huc spectantia, quorum Mollenhauerus breviter mentionem fecit.

In his non est numerandum προσσυρίζω = προσσυρίττω 8, 22, 5. 27, 10; nec περικατασφάζω = περικατασφάττω 1, 86, 6: cf. etiam in fr. 141 παρασφάζω = παρασφάττω.

b. verba simplicia et composita et decomposita a nominibus derivata in

α ω, ε ω, ο ω, ε υ ω, α ι ν ω:

βουκανάω 6, 35, 12. 36, 5; καταπερονάω 6, 23, 11; προεκδαπανάω 9, 43, 2; ὑπερκυβιστάω 28, 6, 6; ἀποσφαλμέω fr. 31 (de verbo simpl. cf. Kaelker. p. 298); δυσποτμέω 33, 17, 1; ἐκληρέω 15, 26, 8; ἐκτοιχωρυχέω 4, 18, 8; 18, 55, 2; ἐναπορέω 12, 25 c, 1; 29, 27, 6; καθευρεσιλογέω 12, 25, 9 (exc. Vat. p. 397); κακομηχανέω 13, 3, 2; κατανοστέω 4, 17, 10; κατευδοκέω fr. 128 (quod Fr. Valesius tribuit Polybio, qui hoc sensu non raro εὐδοκέω dixit); κατευκαιρέω 12, 4, 13; κλινοκοσμέω 12, 24, 3; μονοπωλέω 34, 10, 14 (contra μονοπωλία iam ap. Arist. Πα 11. 1259ª 21, 22, 23); παρευτακτέω 3. 50, 7; πραγματοκοπέω 29, 23, 10; 38, 11, 8; προσορέω 10, 41, 4; 21, 22, 14; ῥιψολογέω 12, 9, 5; 32, 6, 7; συμψοφέω 1, 34, 2; 11, 30, 1; 15, 12, 8; συνδιανοέομαι 2, 54, 14; 3, 68, 15; 31, 20, 7; συνεπιχειρέω 3, 84, 1; ἐπουρόω 2, 10, 6; προσκοτόω 1, 48, 8; συνανανεόω 12, 6 a, 3 (exc. Vat. p. 383); συνεκπληρόω 3, 78, 5; 14, 4, 3; 32, 9, 1; ὑπερβιόω 22, 20, 3; ἀντιπυρσεύω. 8, 30, 3; 10, 46, 1; ἐξεριθεύομαι 10, 22, 9; καταξιοπιστεύομαι 12, 17, 1; συνεφεδρεύω 1, 27, 9; 2, 12, 2; 7, 16, 5; 31, 13, 6; συνομηρεύω 21, 11, 9; συνυποπτεύω 14, 4, 8; ἐκκοιλαίνω 10, 48, 7; προλυμαίνομαι 2, 68, 5.

c. decomposita pura[1]:

διαποθνήσκω 16, 31, 8; διεμπίπτω 8, 28, 5; 38, 7, 5 (secundum Hu.); ἐμπαράπτομαι 21, 7, 4; ἐπαποστέλλω[2]) 1, 53, 5; 2, 8, 12; 3, 94, 6; 6, 15, 6; 11, 2, 3; 30, 20, 7; 33, 6, 6; ἐπιπαρεμβάλλω 3, 115, 10; 11, 23, 5; 12, 19, 6; καταπερίειμι 5, 67, 2; παρυπομιμνήσκω 5, 31, 3; προδιαδίδωμι 39, 10, 2; προεγκάθημαι 3, 15, 9; προεισδέω 9, 31, 1; προεμβιβάζω 2, 45, 4; 20, 3, 2 (correxit Ernest.); προκαταλήγω 2, 14, 6; προκατασύρω 4, 10, 8. 19, 9; προπεριλαμβάνω 5, 32, 3; Na. 253, idem A (deest in lexicis) pro προσπεριλαμβάνω: προσαναδέχομαι 5, 13, 8; 21, 13, 14; προσανακάμπτω 11, 34, 8; προσαναμιμνήσκω 4, 28, 6. 29, 7; 5, 111, 10; 7, 13, 2; 39, 19, 3; προσ-

[1]) Intellego ea decomposita, quorum pars posterior est compositum immutatum atque usitatum.

[2]) Cf. Stich. p. 148 adn. 1.

αναπίπτω 31, 4, 6; προςανοιμώζω 5, 16, 4; προςαφίημι 13 2, 5 (coniectur. Hu.; deest in lexicis); προσδιαπέμπομαι 8, 20, 3; 21, 4, 7; προσεξελίσσω 6, 40, 13; προσεξερείδομαι 3, 55, 4; προσεπιδράττομαι 9, 10, 6; 21, 14, 16; συγκαταβιβάζω 5, 70, 8; συγκαταφθείρω 9, 26, 6; συναναδέχομαι 16, 5, 6; συνεκποιέομαι 6, 49, 7; συνεξίσταμαι 3. 34, 9. 68, 8; 5, 39, 4; συνυπερβάλλω 4, 48, 6.

d. composita:

καταμέλλω 1, 44, 1; 4, 30, 2. 76, 8; 5, 7, 4; προνύσσω 28, 17, 8 (coniecturam Ursini rectam esse censeo); συρρέπω 3, 38, 5; συσσαίνω 1, 80, 6.

Restat, ut afferam adverbia:

ἀπαραγγέλτως 16, 3, 1; fr. 24; γυναικοθύμως[1]) 2, 8, 12; 32, 27, 9 (Polybius solus adverbium horum adiectivorum idque solum adhibuit; cf. Ptol. Tetr. p. 162, 23); ἐπαύριον 3, 44, 3. 53, 6. 54, 4. 63, 14. 65, 3. 102, 9. 110, 1. 8; 5, 8, 8. 16, 1. 86, 2; 8, 15, 6; 9, 42, 8; 10, 12, 1. 38, 5. 40, 1; 11, 27, 1; 15, 5, 12; 16, 15, 4. 25, 5; 18, 19, 9. 27, 5; 39, 11, 3; εὐδοκουμένως[2]) 18, 51, 10; φοινικιστί 1, 80, 6.

[1]) Contra cf. Kaelker. p. 297; vid. hui. dissert. p. 40.
[2]) Cf. Bekk. Anecd. p. 260.

Adpendix.

Extremae de Polybi elocutione dissertationi meae pauca nunc adicere in animo habeo de fragmentis a Suida nobis traditis et ab Hultschio in fine edit. Polyb. enumeratis.

Primum scribam de nonnullis fragmentis, in quibus vel ea vocabula occurrunt, quae, quantum nos quidem scimus, nisi apud Polybium non leguntur, vel ea, quae, etsi a posterioribus adhibita sunt scriptoribus, tamen apud neminem inveniuntur, cui praeter Polybium illa fragmenta historica tribui possint.

Sunt autem haec:

I.

Fragmenta 3 et 73, quorum in priore est substantivum Polybianum ἀδικοδοξία [1]), in posteriore verbum Polybi solius proprium πραξικοπεῖν (1, 18, 9. 55, 6; 2, 46, 2. 57, 2; 3, 69, 1; 8, 11, 3; 9, 17, 1), Polybiana sunt habenda.

II.

In fragm. 61 legimus verbum ἐκθεατρίζειν a Polybio primo scriptum velut 3, 91, 10; 5, 15, 2; 11, 8, 7; 30, 9, 19. 20, 3; item ap. Ath. 9 p. 506 F.

Hoc loco etiam sunt commemoranda fr. 81 et 194, in quibus invenitur verbum ἀντοφθαλμεῖν [2]) a Polybio primum ac persaepe usurpatum velut 1, 68, 7; 2, 24, 1; 3, 64, 4; 9, 4, 7; permult. (cf. etiam Sirac. 19, 5; Clem. Ep. ad Cor. 1, 34 p. 167) et fr. 42

---

[1]) Cf. hui. dissert. p. 41.

[2]) Cf. Mollenhauer. p. 19.

cum verbo δεισιδαιμονεῖν (9, 19, 1; 10, 2, 9), ante Polybi aetatem non adhibito (cf. etiam Diog. L 2, 91).

Praeterea in fr. 194 est verbum ἀβλεπτεῖν (30, 6, 4), quo praeter Pol. sacri quoque scriptores usi sunt, et in fr. 87 substantivum ἰσολογία (24, 12, 9; 31, 7, 16) post Polybium etiam a S. Emp. adv. Gramm. 144 usurpatum.

Pariter hic reponenda sunt fr. 21 et 138, in quibus est διαβούλιον[1]) inusitatum ante Polybium; cf. Pol. 1, 3, 9; 2, 26, 3; 5, 105, 4; 18, 13, 9. 36, 5; 28, 13, 10; persaep.); item Etym. M. p. 266, 51; Ps. 9, 23; Hos. 4, 9; 5, 4.

Etiam fr. 176 et 178 Polybi propria esse videntur. Nam praeterquam quod in utroque legitur verbum σωματοποιεῖν (cf. 2, 45, 6; 3, 81, 6. 90, 4; 9, 44, 3; 10, 16, 2; 14, 7, 2; 16, 1, 9; mult. al.), quo sane alii quoque post Polybium scriptores usi sunt, invenimus in illo dativum causae: τῷ βλέπειν, quem Polybius adeo adamavit velut 3, 9, 7. 18, 3. 106, 5; 4, 71, 5; 5, 56, 5. 102, 3, cum in hoc verbi collocatio: βραχείας ἐπιλαβόμενος ἐλπίδος ap. Pol. usitatissima sit[2]).

III.

Superest, ut pauca fragmenta, quae sermonis Polybiani esse locutionibus quibusdam demonstrari potest, afferam.

Fragm. 159 Polybi proprium est his fere de causis:

Primum legimus in eo Polybianum illud: ἐξ ἀκεραίου (cf. 6, 24, 9; 9, 31, 1. 32, 7; 24, 4, 10; 38, 1, 7); tum: προειρημένος pro demonstrativo pronomine sicut paene in unaquaque pagina; denique, ut substantivum ἀπραγία (cf. 3, 103, 2), quod ante Polybium non usurpatur, et: συγκατέθετο βοηθήσειν (cf. Stich. p. 178 ss.) silentio praetermittamus, subiectum in fine enuntiati collocatum est[2]).

Neque immerito fr. 133 Polybi esse conicimus ex compositione illa verborum: παραβάλλεσθαι καὶ τολμᾶν, quam persaepe ap. Pol. invenimus velut 18, 53, 2; cf. etiam 3, 103, 5.

Item Polybio tribuenda esse puto fragmenta 153 et 157, quod iam Ernest. (quibus de causis nescio) Polybi esse dixit. Nam in illo scriptae sunt locutiones Polybianae: εἰς ἔννοιαν

---

[1]) Cf. Stich. p. 146.

[2]) Cf. hui. dissert. p. 37.

ἔρχεσθαι et: τὸ μέλλον ὀπτεύεσθαι velut 1, 57, 4; 16, 16, 5; 36, 7, 2 et adverbium ἐμφρόνως (cf. 1, 66, 2; 3, 80, 5; 4, 22, 12; 38, 4, 3), a Platone (Reip. 3 p. 396 C; 7 p. 517 C) petitum, in hoc invenimus Latinismum: ἐμβαίνειν εἰς πόλεμον[1]).

Non minus quam fragmenta adhuc allata Polybi propria sunt etiam fr. 137 et 141, quorum in priore est Polybianum illud: ἀποδέχεσθαι μεγαλομερῶς (item 23, 2, 9; 24, 5, 5; 31, 17, 4), in posteriore: ἐκ διάρσεως cum verbo μάχεσθαι aut substantivo μάχη coniunctum velut 2, 33, 5: ἡ ἐκ διάρσεως μάχη aut 18, 30, 7 (contra cf. Diod. S. 3, 40), et fragm. 14 et 35, cum legamus in iis: ἀναδέχεσθαι τὴν παρουσίαν, quod verbum ἀναδέχεσθαι in ἀποδέχεσθαι mutandum esse suspicor, si locos conferimus 3, 67, 4; 24, 5, 5; 31, 17, 4.

Haec sunt, quae de Polybi elocutione nunc disserere mihi proposui.

Occasione autem data alia multaque in his quaestionibus a me leviter significata fusius exponam.

---

1) Cf. hui. dissert. p. 19 s.

[illegible] veluti I. 57, 4. 10. 10. 6. 39, 7. 2 et adverbium [illegible] 1. 66. 2. 8. 30. 5. 4. 22. 28. 33. 4. 3. a Platone (Leg. 3 p. 684 C. 7 p. 807 C) petitum in hoc inveniuntur [illegible].

Non minus quam fragmentis adhuc allatis Polybi propria sunt etiam fr. 137 et 141, quorum in priore est Polybianum illud [illegible] (cfr. 28, 2. 21. 21, 3. 6. 31, 17. 4), in posteriore [illegible] et substantivo [illegible] coniunctum, velut 3. 23 [illegible] 18. 30, 7 (contra cf. Diod. S. 3. 4) et fragm. 14 et 25, cum legamus in illo [illegible], quod verbum [illegible] in [illegible] multo usurpiorem esse locos conferimus 3. 97, 4; 24, 3, 6. 31, 17. 4.

Haec sunt, quae de Polybii elocutione nunc disserere mihi proposui.

Occasione autem data alia sic saepe in his quaestionibus a me leviter significata fusius exponam.

1) Cf. hal. dissert. p. 10 s.